





2015



DICTIONARIUM ÆLII ANTONII NEBRISSENSIS,

GRAMMATICI, CHRONOGRAPHI REGII;

IMO QUADRUPLEX EJUSDEM ANTIQUI DICTIONARII

SUPPLEMENTUM.

Quorum primum continet dictiones latinas in hispanum sermonem translatas:
Secundum nomina propia regionum, urbium, montium, fluviorum, &c.
Tertium autem neotéricas ac vulgares regionum, urbium, opidorum, &c. appellationes in latinum sermonem conversas:
Quartum & ultimum hispanas voces latinè interpretatas complectitur.

ACCESSERUNT PERMULTÆ DICTIONES TUM EX SACRIS BIBLIIS, tùm ex utriusque Juris voluminibus.

Index prætereà verborum veterum, & raró usitatorum apud Terentium:
Verba item Legum XII Tabularum:
Index insuper utilissimus, in quo opposita emendataque quotidiani sermonis barbaries:
Notæ etiam Antiquorum, hoc est, dictionum compendia, quibus prisci latini tùm in numismatibus & inscriptionibus, tùm aliis in monumentis utebantur:
Dictionarium tandem Arabicum in calce hispani Dictionarii positum.

PRIMUM A R. P. M. Fr. EUGENIO ZEBALLOS,
Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, accuratius revisum atque locupletatum.

Postea plurimis mendis, ac vocibus puræ Latinitati suspectis expurgatum à D. Enrico Cruz Herrera, in Ovetensi Archigymnasio Philosophiæ, ac Sacræ Theologiæ olim Auditore, & nunc Humaniorum litterarum, Professore.





GERUNDÆ: Apud VINCENTIUM OLIVA Typographum Regium.

SUPERIORUM PERMISU.

IN AUCTORIS LAUDEM.

Ut patria quondam Sénonum subduxit ab armis,
Cùm tibi præstiterit Roma Camillus opem:
Ut toga facundi servavit Consulis urbem,
Struxerat ardentes cùm Catilina faces;
Restituit linguam sic nostro ANTONIUS ævo,
Et pepulit Galli balbutientis opus.
Furius imperium Latinum, hic idioma recepit,
Et tamen à Gallo clarus uterque viro.
Hoc duce barbaries pulsa est: Hispania gaudet,
Cultaque Castaliis tota rigatur aquis.
Jam novus aggreditur non nota volumina tyro,
Intrepidusque audet verba latina loqui.
Hic prior Arpinas cœpit diffundere chartas,
Et prior hic vatem, Mantua parva, tuum.
Hunc lege, Castalidum quicumque vireta sororum,
Vel pede, vel pedibus liber abîre voles.



AD INDOLIS EGREGIÆ LIBEROS, Magnifici, ac Proinde Splendidissimi Equestris Ordinis viri Michaelis Almazani, à Secretis clarisimi Ferdinandi Regis, Ælius Antonius Nebrissensis Historicus Regius.

S. D. P.

LIbet mihi paulisper jocari vobiscum, filii charissimi: sic enim volo vos interim appellare, sive ætatis, sive doctrinæ, sive amoris pietatisque ratione. Fuit, me juvene, Evangelista quidam nomine, vir inter primores Hispanos atque in Curia Regali propè semper versatus, alioquin natura perquam facetus. Is cùm itinere quodam assectaretur Arevacensium Ducem, perventumque esset in bivium, quod indiscreta differentia se in duas partes findebat, interrogatus ab ipso duce, utra ex illis ad locum destinatum perduceret? Utramque, respondet, Clarissime Dux, simul arripito: isto namque modo non aberrabis. Cum mensibus proximis Bilbili cum pientissima matre vestra hybernaretis, accepi litteras à prælectore vestro Lastra, quibus faciebat me certiorem, & vos benè valere, atque in præceptis artis Grammaticæ, illis maximè quæ in promptu esse debent, satis commodè institutos. Lætatus sum, ita me Deus benè amet: pervenisse vos jam ad bivium, quemadmodum ait Poeta:::: *partes ubi se via findit in ambas.* Non dico illas, quarum altera tendit ad Elysios, altera ad pallentes umbras Erebi, noctemque profundam; sed ad illas, quibus insistunt latini sermonis studiosi. Quas ego nunc vos cum Evangelista meo simul arripere hortor & moneo: non enim altera obstat alteri, cujusmodi erant illæ de quibus interrogatus respondit; quin potius alterutra alterius auxilio recreata ad destinatum finem perducit. Quæ sunt, dicetis, duæ illæ viæ, quibus tantopere jubeo vos insistere? Nimirum, ut latinam lectionem vertatis in sermonem hispanum; atque è diversò latinis hispanas voces permutetis. Non obstat alterum studium alteri; imò se invicem juvant, cùm eadem sit via Thebis Athenas, & Athenis Thebas: exemplum Dialecticis familiare, quod jam in proverbium abiit. Quædam enim sunt opera, quæ nisi è contrario nitentibus perfici non possunt: quemadmodum mulierculæ duæ lintea polientes, cùm humorem conceptum exprimere volunt, nunquam efficient quod ambæ intendunt, nisi utrinque obluctantes distorqueant. Utramlibet institueritis viam, jucundissimi filii, duos mitto vobis duces, atque studiorum vestrorum probos adjutores. Alterum, qui nobis Latinos authores legentibus præsto sit, cùm in reconditioris alicujus significationis verbum incideritis; alterum quem possitis consulere, quoties à præceptore vestro proposita hispana thesis latino sermoni vobis reddenda fuerit. Sic enim & latina hispanis, & hispana latinis commodissimè permutabitis. Valete, patris optimi, atque proinde nobilissimi voluptas, & altera spes. Salmanticæ, Kal. Aprilis, Anno M. D. XII.

IMPERATOR TRAJANUS HISPANUS,
Nobilitavit Hispaniam variis ædificiis, atque inter cætera construi jussit super Tagum pontem à se cognominatum, qui nunc vulgò dicitur DE ALCANTARA: *opus superbum, & imperatoria Majestate dignum, in quo etiam hodie sequentes visuntur inscriptiones.*

Ex utrâque parte arcûs.

IMP. CAESARI. DIVI. NERVAE. F. NERVAE
TRAIANO AUG. GERM.
DACICO. PONTIF. MAX. TRIB. POTES. VIII.
IMP. V. COS. V. P. P. (*)

MUNICIPIA
PROVINCIAE
LUSITANIAE. STIPE
CONLATA. QUAE OPUS
PONTIS PERFECERUNT
IGAEDITANI
LANCIENSES OPPIDANI
TALORES
INTERAMNIENSES
COLARNI
LANCIENSES TRANSCUDANI
MEIDUBRIGENSES
ARABRIGENSES
BANIESES
PRAESURES (*)

Erant quatuor similes; sed aliorum trium solæ vacuæ sedes apparent.

Supra limen superius ædiis D. Juliani in principio Pontis.

IMP. NERVAE TRAIANO
CAESARI. AUGUSTO. GER-
MANICO. DACICO SACRUM. (*)

TEMPLUM IN RUPE TAGI SUPERIS ET CAESARE PLENUM.
ARS UBI MATERIA VINCITUR IPSA SUA.
QUIS QUALI DEDERIT VOTO FORTASSE REQUIRET
CURA VIATORUM QUOS NOVA FAMA JUVAT
INGENTEM VASTA PONTEM QUAM MOLE PEREGIT
SACRA LITATURO FECIT HONORE LACER
QUI PONTEM FECIT LACER ET NOVA TEMPLA DICAVIT
ILLIC SE SOLVUNT HIC SIBI VOTA LITANT
PONTEM PERPETUI MANSURUM IN SAECULA MUNDI
FECIT DIVINA NOBILIS ARTE LACER
IDEM ROMULEIS TEMPLUM CUM CAESARE DIVIS
CONSTITUIT FELIX UTRAQUE CAUSA SACRI. (*)
C. JULIUS LACER H. S. F.
ET DEDICAVIT AMICO
CURIO LACONE IGAEDITANO. (*)

In pontis refectione, quæ memoria nostra facta est.

CONSTRUXIT PONTEM PRIMUM TRAIANUS, ET INDE
CAROLUS QUINTUS NOMINE RESTITUIT. (*)

(*) Ita ex Cl. Magistro FLOREZ has Inscriptiones restituit P. Zeballos.

PRÆFATIO.

AD MAGNIFICENTISSIMUM, ac perinde illustrem D. Joannem Stunicam, Magistrum Militæ de Alcantara Ordinis Cisterciensis, Ælii Antonii Nebrissensis Præfatio in interpretationem dictionum ex sermone Latino in Hispaniensem.

UTrum mihi fúerit honéstius, atque magis è re pública, in illo claríssimo Hispániæ, ac perinde totíus orbis terrârum, Salmanticénsi Gymnasio artem Grammaticam profitéri; an amplíssimæ dignatiônis tuæ contubérnio ac jucundíssima familiaritâte frui, multi quotidiè à me quærunt: id quod ego sóleo mecum sæpe cogitâre. Nam fuit (quod sine arrogântia dictum esse velim) proféssio illa mea, usque eo illústris, ut etiam malivolôrum testimonio & inimicôrum confessione totum hoc mihi tribuâtur: Quod Latínis sermônis officinam primus apéruit, ausus, quod ait Horátius ille Catius, novis præceptis signa pónere: Et quod ex univérsa propemodùm Hispánia Alexándros, Petros Helías, & duriôra adhuc nómina, Galtéros Ebrárdos, Pastrânas, & néscio quos, indignos qui nominéntur, Grammatístas ac litteratóres fúnditùs eradicávi: Quodque si apud Natiónis nostræ hómines Románæ linguæ quidquam est, id totum mihi accéptum reférri debet. Est profécto hæc labôris nostri merces ita magna, ut in hoc litterârum génere nulla major excogitári posit; sed tota illa nostræ professiônis industria perangústis fínibus circumscripta erat. Nam cum in enarrándis auctóribus ómnia propè témpora mea consúmerem, quinis quotidiè aut senis horis in re difficíllima, nec minus fastidiósa, occupâtus: fâteor non fuísse totum negótium illud tanti, ut in ea re, quæ videbâtur ad paucôrum utilitâtem pertinêre, tam bonas horas collocârem; cùm fortassè majoribus auspíciis atque ad opera multò majôra natus essem, & quæ nostris homínibus conducibilióra forent.

Quid quod habénda fuit rátio valetúdinis & ingénii; cujus utriúsque vires sentièbam in dies hebetári, atque illud mihi usuvenîre, quod de lucérna est in provérbio: Dum cætera illústrat, ipsam pati intertriméntum.

Itaque cùm essem à te, Princeps illustríssime, multis præclarísque beneficiis invitâtus, ut tuôrum número adscríbi vellem, illico arrípui occasiônem; & eo quidem libéntiùs, quod nihil jam diù magis cupièbam, quam dari aliquándo mihi otium, in quo possem aliquid scríbere quod non-

AL MUY MAGNIFICO, y asi ilustre Señor D. Juan de Estuñiga, Maestre de la Caballería de Alcantara, del Orden del Cistér, comienza el Prologo del Maestro Antonio de Nebrixa á la interpretacion de las palabras Latinas en Lengua Castellana.

MUchos cada dia me preguntan aquello mesmo que yo muchas veces suelo conmigo pensar: qual de dos cosas me fuera mas honesta, y mas provechosa á la Republica, enseñar Gramatica en el estudio de Salamanca, el mas lucido de España, y por consiguiente de la rondez de todas las tierras, ó gozar de la familiaridad y dulce conversacion de vuestra muy ilustre y gran Señoría. Porque (hablando sin soberbia (fue aquella mi doctrina tan notable, que aun por testimonio de los invidiosos, y confesion de mis enemigos de todo aquesto se me otorga: Que yo fui el primero que abrí tienda de la Lengua Latina, y osé poner pendón para nuevos preceptos, como dice aquel Horaciano Cacio: E que yá casi del todo punto desarraygué de toda España los Doctrinales, los Pedros Elias, y otros nombres mas duros, los Galtéros, los Ebrardos, Pastranas, y otros no sé qué postizos y contrahechos Gramaticos, no merecedores de ser nombrados: E que si cerca de los hombres de nuestra Nacion alguna cosa se halla de Latin, todo aquello se ha de referir á mi. Es por cierto tan grande el galardon de este mi trabajo, que en este genero de letras otro mayor no se puede pensar; mas toda aquella mi industria de enseñar estaba dentro de muy estrechos terminos apretada. Porque como gastase quasi todo mi tiempo en declarar los Autores, ocupado cada dia cinco ó seis horas en cosa no menos dificil que enojosa: quiero decir la verdad, que no era todo aquel negocio de tanto valor, que oviese de emplear tan buenas horas en cosa que parecia tocar al provecho de pocos; siendo por ventura nacido con mayor fortuna, y para obras mayores, y que fuesen á los nuestros mucho mas provechosas.

Quanto mas que habia razon de mirar por mi salud, y ingenio: las fuerzas de los quales entrambos sentia mas y mas ser enflaquecidas, y por experiencia contescerme lo que de la candela está en el refran: que alumbrando los otros, ella rescibe mengua.

Asi que, muy ilustre Señor, siendo yo con muchas y señaladas mercedes de vuestra Señoría convidado que me quisiese contar en el numero de los vuestros, luego arrebaté la buena dicha; y tanto de mejor gana, que ya ninguna cosa mas deseaba, que ofrecerseme ocio en que pudiese escribir alguna

modò præsentibus, verumétiam posteris prodesset.

Non quod non satìs pulcherè intellìgerem, quam freqüens débeat esse is qui vitam hanc aulicam sectâtur, atque Príncipi suo placêre studet, ut quoad fieri cómmodè possit, nullum tempus intermmittâtur, quod non illi astet, palpêtur, blandiâtur, arrídeat, condoleat, dedûcat, redûcat, sed quod videbam te ea magnitúdine ánimi ut hæc ómnia parvifáceres, & ea humanitâte ut nihil esset, modò honéstum, quod non mihi per te licêre posse confiderem.

Igitùr cum primùm tuus esse cœpi, magnam illicò spem immortalitâtis mihi ante óculos propósui: aggressúsque sum opùs quod putâbant esse màximum, omniúmque máximè necessárium; sed cui non modò ego, verùm etiam omnes ómnium disciplinârum professores satisfácere vix possint. Nam quotus quisque præcèptor in arte sua aut non négligit, aut non ignorat pleraque rerum vocábula? in quæ si fortè incíderit, aut dissímulat, aut áliud pro àliò áccipit, aut se nescîre fatêtur ingénuè. Quod si velint esse paulò diligentióres, acque auctóres illos consúlere, qui de vocabulôrum significationibus scripsérunt: aut nihil repériunt, aut si quidquam reperíerint, nihìlo plus inde repórtent, quàm si nihil invéniant. Omnes enim qui sibi unquàm hanc provinciam assumpsérunt, aut in dictionibus obsolétis inusitátis, bárbaris & peregrínis magna ex parte ocupáti sunt; aut tam ambígue dubitantèrque ómnia expónunt, ut nihil certi nobis tradam; aut si rem ipsam per diffinitiônem qualis est nobis descríbunt, non tamen ita ut dígito monstrari possit. Quòd eò fit, aut quia ipsi iidem illa ignórant, aut quia incógnita per multò incertióra nobis osténdunt. Quæ ómnia vítia, quantùm fieri pótuit, declinávimus. Nam & vocábula osca & prisca, quibus propter antiquitâtis auctoritâtem plerúmque utúntur auctóres, brévitèr attígimus, neque quidquam sub ambiguitâte reliquimus; sed aut quid esse planè díximus, aut conféssi sumus nos ignoráre, rei génere tantùm cum áliqua differentia annotáto.

Et ne ullus mihi relinquâtur véniæ locus, dictiónes latínas, aut græcas & bárbaras latinitâte donátas per exactíssimam alphabéti sériem digéstas in Hispaniénsem linguam convértimus: magno (fáteor) æstimationis meæ perículo, cùm non desint, qui lìtteras véntilent, calumiéntur in syllabas, & toti déniquè huic nostræ interpretatióni detrahant. Sed audéndum fuit áliquid, atque pro utilitâte multôrum subeûndum, ut sapiéntes atque insipiéntes de nobis judicárent.

Quod si alícubi excídimus, neque satisfecimus opinioni quam multi de nobis habent, considerâre debébit amícus Lector rei difficultátem, & non quid ego fécerim, sed quid álii præstâre non potuérint. Nam cùm res ipsæ, quarum vocábula sunt, aut cum ipsa natúra perénnent, aut in solo usu homi-

na cosa que oprovechase, no á los presentes, mas aun á los que están por venir.

No porque yo no sabia bien quán continuo ha de ser aquel que sigue esta vida palaciana, y quiere agradar á su Señor: y si buenamente se puede hacer, que nunca se entreponga tiempo en que no esté delante de él, le lisonjee, le alhague, se ria de lo que él se riere, le pese de lo que le pesare, le acompañe dó fuere, y de dó viniere; mas porque conocia la grandeza de vuestro animo tamaña, que tenia en poco todo esto, y la humanidad tan grande, que no habria cosa, si fuese honesta, que no me diese lugar para la hacer.

Asi que luego que comencé á ser vuestro, puse delante los ojos una grande esperanza de immortalidad: y tenté una obra, la qual pensaba ser la mayor y mas necesaria de todas: y á la qual no solamente yo solo, mas aun todos los Maestros de todas las Sciencias apenas pueden satisfacer. Porque qué profesor hay que en su arte, ó no haga poco caso, ó no ignore los mas de los vocablos de las cosas? con los quales si alguna vez encuentra por ventura, ó los disimula, ó toma uno por otro, ó con generosa vergüenza confiesa que no sabe. E si quieren ser un poco mas diligentes, y tomar consejo de aquellos que escribieron de las significaciones de los vocablos, ó ninguna cosa hallarán, ó si algo hallaren, tanto monta como si ninguna cosa hallasen. Porque todos los que en este cuidado se pusieron, están por la mayor parte ocupados en palabras muy antiguas, desusadas, barbaras, y estrangeras: ó declaran las cosas asi confusa y dudosamente, que ninguna certidumbre de ellas nos dejan, ó si por difinicion nos señalan qué tal es aquella cosa, no á lo menos en tal manera, que con el dedo se nos pueda demostrar. Lo qual acontece, ó porque ellos no supieron qué cosa era, ó porque nos enseñan las cosas no conocidas, por las menos ciertas. De los quales todos vicios, quanto fue posible, nos apartamos; tocando brevemente las dicciones muy antiguas, de que por acatamiento de la antigüedad usan los Autores: y no dejando alguna cosa debajo de duda, antes especificamente diciendo, qué cosa es, ó señalado el genero con alguna diferencia, confesando que no sabemos la especie.

E porque no me quede lugar de perdon, volví en Lengua Castellana las dicciones latinas, ó griegas, y bárbaras usadas en la lengua latina, repartidas por muy diligente orden del A, B, C, (quiero decir la verdad) con gran peligro de mi honra; porque no faltará quien examine las letras, acuse las silabas, y en fin reprehenda toda esta nuestra interpretacion. Mas fue necesario de nos atrever, y por el provecho de muchos someternos al juicio de los que saben, y no saben.

E si en algun lugar tropezamos, y no satisfice á la opinion que muchos de mí tienen, ha de considerar el Lector amigo la dificultad de la cosa, y no lo que yo hice, mas lo que los otros no pudieron hacer. Porque las cosas de que son los vocablos, ó son perdurables con la mesma naturaleza, ó están pues-

minúmque arbitrio pósitæ sint : naturália illa magnâ ex parte nomínibus tantùm peregrínis Orbi nostro cògnita sunt ; & hæc voluntaria , nobis etiam sentientibus , quotídiè cum nomínibus immutantur.

Qid quod ex iis rebus quarum formæ , ut Physici dicunt , sempitérnæ sunt , quædam pénitùs interiérunt ; quasdam incognitas repènté natûra protulit? Nulla fuit arbor inter antiquos nobílior plátano ; sed an extet hódiè apud áliquas gentes ego non ausim affirmáre ; certè in Hispánia nusquàm esse áudio. Fuisse autem antíquis tempóribus vel ex eo maniféstum , est quod Cæsar in memóriam nóminis sui árborem própria manu Cordubæ consêvit. Qua de re est epigrámma Martiális : (Lib. 9. Epig. 46.)

In Tartessíacis domus est notíssima terris ,
Qua dives plácidum Córduba Bæthim amat:
Véllera natívo pallent ubi flava metállo :

Et linit Hespérium bràctea viva pecus.
Ædibus in médiis totos compléxa penátes,
Stat plátanus densis Cæsariâna comis.

Quod verò Poëta dicit :

Véllera natívo pallent ubi flava metállo ,

Eo alio loco : (Lib. 12. Epig. 52.)

Uncto Córduba latior Venáfro ,
Albi quæ súperas oves Galési ,
Nullo múrice , nec cruôre mendax ,
Sed tinctis grégibus colôre vivo :

Et alio præterea loco , de Bæthi flúvio : (Lib. 12. Epigram. 75.)

Bæthis olivifera crinem redimíte coronâ ,
Aurea qui nítidis véllera tingis aquis.

Nemo est qui dicat se nostro sæculo vidisse oves natívo illo auri splendôre infectas. Ubi nunc est illa auri tot sæculis inexhausta atque terris omnibus prælâta fertílitas , ex qua pondi auri sexagínta millía quotánnis pópulo Románo pendébat Astúria? Ubi nunc argentárii illi pútei ab Hannibale inchoáti , quorum unus tantùm trecéntas argénti libras quotídiè Carthaginénsibus subministrâbat? Ubi nunc in província Bæthica numerôsa illa plumbi invéntio? Ubi in Tarraconénsi ad Segóbrigam lápidis sepeculâris métalla? Ubi torrentis illîus , qui præterlábitur Tarracônem , lini tenuándi , poliéndi , candificandi incredíbilis quædam naturâ , cárbasis ubi primúm repértis? Quæ ómnia eoúsque evanuérunt , ut ne vestígium quidem ullum nostra ætâte reperiátur.

At è contrário multa sunt nostro sæculo quæ antíquitas illa aut pénitùs , ignorâvit , aut género tantùm indistínctè cógnito , differéntias rerum non intelléxit. Mala citrea unius tantùm géneris ac nóminis , atque ita vix cógnita apud antíquos fuisse légimus. Nos verò ejus pomi váriis genéribus númina diversa indídimus , cidras , narânjas , torónjas , limas , limónes *appellantes.*

Pari

puestas en solo el uso y alvedrío de los hombres: las naturales por la mayor parte son conocidas en nuestra tierra por nombres peregrinos ; y en estas otras voluntarias , sintiendolo nosotros , se mudan cada dia con sus nombres.

Pues qué diremos de aquellas cosas , las especies de las quales , como dicen los Philosophos , son eternas : que unas del todo se perdieron ; y otras por el contrario nunca vistas subitamente parió la naturaleza? Ningun arbol fue entre los antiguos mas noble que el plátano ; yo no osaria afirmar que lo hay hoy cerca de algunas gentes : á lo menos en España no óyo decir que se halle. E que en aquellos tiempos lo oviese , parece muy claro , por aquello que Cesar en memoria de su nombre lo plantó en Cordoba por su propia mano. De lo qual hay un Epigrama de Marcial : (Libro. 9. Epigram. 46.)

En el Andalucía hay una muy notable casa,
Donde la rica Cordoba goza del dulce Guadalquivír:
Donde los rubios vellones con el natural oro son amarillos,
E la viva foja tiñe las ovejas de España.
En medio de la casa está un platano de Cesar,
Que abraza todo el aposentamiento de ella.

Y lo que el Poeta dice :

Donde los rubios vellones con el natural oro son amarillos :

Y en otro lugar : (Lib. 12. Epig. 52.)

O Cordoba mas gruesa que el grueso Venafro :
Que vences las ovejas del blanco Galeso,
No con trocatinte de sangre de purpura ,
Mas tiñendolas con vivo color :

Y en otro lugar , de Guadalquivír : (Lib. 12. Epig. 75.)

O Guadalquivír coronado de olivas,
Que tiñes los dorados vellones con aguas lucias.

Ninguno hay en nuestro tiempo , que diga haber visto ovejas teñidas de aquel natural resplandor de oro. Dónde está ahora aquella fertilidad de oro nunca vacía en tantos siglos , y antepuesta á todas las tierras , de la qual las Asturias rentaban cada un año al Pueblo Romano sesenta mil libras de oro? Donde están aquellos pozos de plata , que comenzó Annibal, de los quales uno solo rentaba cada un dia á los Cartaginenses trescientas libras de plata? Dónde está en el Andalucía aquella copiosa invencion del plomo? Dónde en Aragón cerca de Segorbe aquellos mineros de piedra , que se traslucía? Dónde aquella maravillosa naturaleza del arroyo que pasa por Tarragona , para adelgazar , polir , y blanquear el lino , donde los carbasos fueron primero hallados? Lo qual todo asi desapareció , que ningun rastro de ellos se halla en nuestro tiempo.

Por el contrario muchas cosas hay en nuestro siglo , las quales la intigüedad ó del todo no conoció, ó confusamente conocido el genero , no entendió sus diferencias. Solamente leemos un nombre y genero de fruta agra : y asi apenas conocida entre los antigüos. Pero nosotros pusimos diversos nombres á diversos generos de aquella fruta , llamandolas *cidras* , *naranjas* , *toronjas* , *limas* , *limones*.

Eso

Pari ratiône cucúmeres una forma atque nomine apud illos erant, cum repéntè provenere in Campánia conglobáti, & ex illôrum sémine factum est novum genus, cœptíque appellari mellopepones. At verò nos præter anguinum, & cultivum, & illum in Campánia invéntum, adhuc ália génera cérnimus, & pepinos, badéas, sandías *vocâmus.*

Neque solùm iis in rebus quæ natúra constant, vocábula ipsa cum rebus: oriúntur simul & occidunt; verúm étiam usus & desuetúdo tantùm pollet, ut rebus ipsis permanéntibus, quædam ex illis óbruat, quædam rursùs próferat in lucem. Accípitres eos qui sic propriè appellántur, & quibus tempestâtis nostræ áucupes utúntur, in duo génera distínxit Aristóteles, auctor omnium diligentíssimus: atque humípetas & sublimípetas appellâvit; nos azóres & halcónes dícimus. Sed quod illis tempóribus ars hæc accipitrária nondùm erat invénta, neque accípitrum usus ádeò frequens: satis habuérunt illos ex ratiône volâtus in duo génera partíri. Nostri verò quibus hæc ars est in máximo honôre, complúres in utrôque differéntias fecérunt, gavilánes, azóres, gerifaltes, neblíes, sacres, alfanéques, baharies, tagarotes, *tum plumárum ratiône, tum nascéndi órdine, tum patriæ, prædæ, victus, morúmque varietâte distinguéntes.*

Contra in ápibus (animal quo nullum est nobis familiarius, & quod ex insectórum género solum est hóminum causa generâtum) multa sunt, quæ nec apiárii quidem nostri sæculi intélligunt, cùm à majoribus nostris sint perspécta simul & cógnita.

Quis enim hodiè ex mellatiône alium pércipit, quàm mel, & ceram? Pauci ex médicis novêre Propólim. Rhítacen verò quod erat ex favis, mel pretiossimum, virtutísque ad illiciéndum mirándæ, ne suspicári quidem possunt quid sit; cùm cleros, metys, pissóceros, magni ad medicaménta usûs, omninò illis re atque nómine incognita sint. Jam verò ex iis rebus, quæ sunt in promptu sempérque fuerunt, multa significântiùs uno verbo Latînus sermo dicit, quàm nos plúribus. Esto exémpli causa Omen *quod signíficat illum (ut ita dicam) auspícium, quod captámus ex eo quod locutus est quispiam in re perquàm divérsa; si velímus Hispánum facére, vix multis verbis id potérimus cónsequi. Si verterémus in* alfil Toledano, *rectè atque Hispánè interpretarêmur; sed quid illud sit, perpáuci intélligunt. E contrário multa Latinus sermo habet, quorum vim etsi Latîna lingua sentit, non tamen habet unam áliquot verbumque illa enúntiet. Ut ecce à cúbito nos fecimus* codado *pro eo quod est Latînè cúbiti ictus:* codear, *pro eo quod est cúbito péllere: Quod si eârum rerum, quæ sunt per natûram constántes, vocabulôrum tanta mutátio est; quid futûrum putâmus in iis, quas aut necésitas humâna quotidiè réperit, aut luxúria parit, aut ótium excógitat? Ex hoc génere sunt vestes, armamenta, cibi, vasa, naves,* ins-

Eso mesmo los cogombros, que eran de una figura y nombre entre ellos, subitamente nacieron en Compania redondos: y de la simiente de ellos hecho un nuevo linage, comenzaronse á llamar melones y pepones. Mas nosotros allende el cohombrillo amargo, y el que se labra, y el que súbito nació en Campania, otros generos vemos, que llamamos *pepinos*, *badéas*, *sandías*.

E no solo en las cosas que permanescen con la naturaleza, los vocablos juntamente nacen y mueren con las cosas; más aun tanto puede el uso y desusanza, que permaneciendo las mesmas cosas, unos de ellos echa en tenieblas, y otros saca á luz. Las aves de caza, que propiamente asi se llaman, y de las que usan los cazadores de nuestro tiempo, en dos generos las repartió Aristoteles, el Autor de todos el mas diligente, y llamólas baxo volantes y altovolantes: nosotros nombramoslas azores y falcones. Mas porque en aquellos tiempos esta arte del acetrería aun no era hallada, ni el uso de estas aves tan espeso, harto les pareciò partirlas en dos linages, por la diversidad del vuelo. Pero los nuestros, que tienen esta arte en gran estima, hicieron en este genero muchas diferencias, *gavilanes*, *azores*, *gerifaltes*, *neblîes*, *sacres*, *alfaneques*, *baharies*, *tagarotes*, distinguiendolos, ó por la razon del plumage, por la orden del nacer ó naturaleza, presa, mantenimiento, y diversidad de costumbres.

Por el contrario en las abejas (animal tan familiar á nosotros, que ninguno es mas, el qual solo de los ceñidos fue criado por causa de los hombres) muchas cosas hay, que aun los Colmeneros de nuestro siglo no sienten, siendo de nuestros mayores caladas y conocidas.

Por qué el dia de hoy ninguno recoge de la castrazón sino miel, y cera? Pocos de los Medicos saben qué cosa es Propolis. Pues la Rhitaca, que era de los panales la miel mas estimada, y de virtud maravillosa para atraer, ni aun por sospecha saben qué cosa sea: yacleros, metys, y pisoceros, cosas de mucho provecho para las medicinas, del todo les son escondidas por virtud y nombre. Pues de aquellas cosas que están á la mano, y siempre fueron; muchas dice el Latin mas propiamente por una palabra, que nosotros por muchas. Como *Omen*, lo quàl (á manera de decir) significa aquel aguero que tomamos de lo que alguno habló á otro propósito, si quisieremos volverlo en Castellano, apenas lo podremos hacer en muchas palabras. E si lo volviesemos en *alfil Toledano*, sería la interpretacion derecha, y Castellana; mas pocos entienden que cosa aquello sea. E por el contrario, muchas cosas tiene nuestra lengua, la fuerza de las quales, aunque siente la Latina, no tiene una palabra, por la qual la pueda decir. Como de codo, nosotros decimos *codado*, por lo que en el Latin se dice golpe de codo: *codear*, por lo que dar del codo. Pues si tanta mudanza há en los vocablos de las cosas que duran con la naturaleza, qué sará en aquellas que cada dia halla la necesidad humana, ó páre la lujuria, ó busca la ociosidad? De este genero

ĩnstrumenta músicæ, rei rústicæ, atque ómnium illârum ártium, quas in opulentíssima quaque civitâte cérnimus. Hæc idcircò tam multis repetîta sunt, ut nemo mirêtur, si non semper hispaniensia latínis, atque hispánis latína vocábula reddídimus. Nihil enim in utriúsque linguæ dictiónibus comparandis tam præ nobis túlimus, quàm illud quod de lege interpretándi est à Cicerône dictum elegantíssimè: Verba non numeranda, sed ponderánda esse.

Neque otiôsum quis putet, quòd in eôdem ópere duo simul ópera edidimus. Nam illud quoque fuit nobis curæ, ut prospicerêmus omnium utilitati. Et eorum qui ex Hispano sermone in Latinum venîre cúpiunt, & eorum qui Latinos códices legere audent, necdum tamen illis cognitio Latinæ linguæ absolûta cóntigit. Volûmen tamen ipsum sub incredíbili quadam brevitâte contráximus, ne páuperes magnitûdo prétii ab emptiône, divites verò fastidiósos umbílicus crássior à lectione deterreret: simul etiam quo faciliùs sub ala, atque in sinu, manúque gestâri & circúmvehi posset. Inscrípsimus autem, non qua cæteri arrogantia, Cathólicon, Pandéctas, Ceras Amalthéas, quod est universale comprehensorium, Cornucópiæ, appellantes; sed pleno verecundiæ título, Léxicon Græcè, quod est Latinè Dictionárium. *Tuæ verò amplitudini dedicávimus, non qua fiducia cymbalum illud mundi, Apion Grammáticus, qui dicebat, illos à se immortalitate donari, ad quos opera sua componebat; sed qua Phídias ille primus toreúticæ artis repertor, qui cùm Atheniensibus ex auro & ébore memoratíssimam illam Minervæ státuam effingeret, nomenque suum inscribere non licêret, sui ipsius persímilem imáginem ita clypeo coagmentâvit, ut ea convulsa, tota operis colligatio solverêtur. Ego quoque pari ratione cùm vidêrem te géneris nobilitatem à majóribus accéptam præclaríssimis tuis virtútibus multó illustriôtem reddidísse; nomenque tuum apud nostræ nationis homines immortale futurum: quia non poteram ego per me ipsum nobilitari, excogitavi rationem (ut ait Poëta) qua possem me humo tollere, atque ipse fíeri immortalis: & in título hujus Operis ita meum nomen cum tuo ferruminávi, ut álterum ab áltero divélli non posset. Rationes autem & argumenta quæ nos impullérunt, ut isto vel illo modo interpretarêmar, enarrationes quoque vocabulorum, & cæteras Grammáticæ partes in tria illa volúmina distúlimus, quæ iis de rebus sumus propediè editúri; Opus magnum, diffúsum, atque varium, quippe quod ex quadringentis circitèr probatíssimis auctoribus conflátum est. Eratque mihi in ánimo illud in primis édere, nisi essem à te Princeps humaníssime quotidiano propè convício exagitâtus, ut incíperem jam tandem aliquid emíttere, neque te diútiùs vana spe luderem. Quemadmodùm igitur amplíssimæ dignationi tuæ debebunt, qui aliquid utilitatis ex hac mei Operis editione percipient; ita par est ut tibi ímputent, si quid est à nobis præ-*

ro son las vestiduras, armas, manjares, vasos, naves, instrumentos de musica y agricultura, y de quantas artes vemos en cada Ciudad muy rica y bastecida. Esto habemos asi largamente dicho, porque ninguno se maraville, si no siempre dimos palabras Castellanas á las Latinas, y Latinas á las Castellanas. Porque en cotejar las palabras de estas dos lenguas, ninguna cosa tuvimos mas ante los ojos, que lo que de la ley de la interpretacion muy hermosamente dijo Tulio: que las palabras se han de pesar, y no contar.

Ni pienso que fue cosa demasiada, publicar dos obras en una mesma. Porque tambien miramos por el provecho de todos, asi de los que por la lengua Castellana desean venir á la Latina, como de los que ya osan leer libros Latinos, y aun no tienen perfecto conocimiento de la lengua Latina. Estrechamos eso mesmo el volumen debajo de una maravillosa brevedad, porque la grandeza del precio no espantase á los pobres de lo comprar, ni la frente alta del libro á los ricos fastidiosos de lo leer: y tambien porque mas ligero se pudiese traer de un lugar á otro en la mano y seno y so el brazo. Intitulamoslo, no con aquella soberbia que otros llamandole Catholicon, Pandectas, cuerno de Amaltea, quiero decir, universal comprehensorio, Cuerno de la Diosa Copia: mas con titulo lleno de verguenza: *Lexicon* en Griego, que es *Diccionario* en Latin. Consagrélo á vuestra magnifica S. no con la fucia que aquella campana del mundo Apion Gramatico, el qual decia que daba inmortalidad á aquellos á quien intitulaba sus Obras; mas con la confianza que Fidias, el primer inventor del buril y sincel, el qual haciendo á los Athenienses aquella muy mentada estatua de Minerva de oro y marfil, como no pudiese escribir en ella su nombre, en tal manera trabó su mesma muy semejante imagen al escudo, que si le arrancassen, toda la trabazon de la obra se desatase. E asi yo por esta razon, viendo que con vuestras muy esclarecidas virtudes habeis hecho mas ilustre la nobleza que de vuestros mayores heredaste, y que entre los hombres de nuestra nacion vuestro nombre no habia de morir: pues que yo por mí mesmo no podia ser ennoblecido, busqué un camino (como dice el Poeta) para me levantar del suelo, haciendome inmortal: y en el titulo de aquesta Obra en tal manera soldé mi nombre con el vuestro, que el uno del otro no se pueda apartar. Mas las razones y argumentos que me movieron á interpretar en una, ó en otra manera, eso mesmo la declaracion de los vocablos, y otras partes de la Gramatica, diferimoslo para aquellos tres volumenes, que de estas cosas en breve tenemos de publicar; obra grande, copiosa, y de cosas diversas, fraguada quasi de quatrocientos muy aprobados Autores. E tenia en voluntad publicar primero aquella; si no fuera de vuestra magnifica Señoría perseguido, que comenzase ya á publicar alguna cosa, y no le burlase ya mas con vana esperanza. Pues asi como le quedarán obligados aquellos que recibirán algun provecho de la publicacion de aquesta Obra; asi es cosa justa que le carguen

præcipitanter, atque inconsideratè editum. Sed antea quàm rem ipsam aggrediamur, pauca nobis præmittenda sunt, quibus omnem nostram mentem circa dictiones singulas explicabimus.

guen la culpa, si yo alguna cosa publiqué arrebatadamente y sin consideracion. Mas antes que comencemos el negocio principal, pondremos delante pocas cosas, por las quales en cada una de las dicciones declararémos todo nuestro pensamiento.

PRincipiò omnes dictiones in differentia esse quincuplici. Nam aut sunt Oscæ, aut priscæ, aut novæ, aut barbaræ, aut probatæ. Osca sunt vocabula, quæ & Opica possunt appellari, quibus Osci atque Opici antiquíssimi Italiæ populi usi sunt; sed quæ sæculum eruditius omnino damnavit, atque ex usu penitùs exclusit.

De quibus lib. 1. *Oratoriarum Institutionum Quintilianus ait: neque sint utique verba ab ultimis etiam obliteratis temporibus repetita, qualia sunt, prosapia, exantlare, antegerio, & Saliorum carmina, vix suis Sacerdotibus intellecta.*

Prisca verba (ut idem auctor inquit) afferunt orationi majestatem aliquam non sine delectatione. Nam & auctoritatem antiquitatis habent, & quia intermissa sunt, gratiam novitati similem parant. Sed opus est modo, ut neque crebra sint, neque manifesta, quia nihil est odiosius affectatione, qualia multa legimus apud Plautum, Terentium, Catônem; atque etiam ex junióribus Virgilium, & Lucretium. Nova sunt, quæ probatíssimi autores ausi sunt in medium proferre, cùm anteà non essent, ex Horatii memorabili præcepto:

——licuit, sempèrque licebit,

Signatum præsente nota producere nomen.

Sic Cicero à beatus fecit beátitas, & beatitudo: *quorum alterum explosum, alterum receptum est. Sic nostra ætate Franciscus Philelphus* stapeda, *pro eo quod Hispanè dicimus* estrivo. *Cujus audaciæ quanquam est à plerisque reclamantum, potest tamen excusari, quod nullum invenit Latinum nomen; quo posset significare id quod volebat: cùm neque res ipsa fuerit apud antiquos. Sic & nos ipsi multa in hoc genere sumus ausi: quibus ego înterim censeo utendum, quod meliora ab aliis fuerint inventa.*

Barbara sunt, quæ ex peregrino sermone ascita, Latino sermoni auctores inseruerunt. Sic Virgilius ex sermone Germanico sumpsit cateja, *quod est jáculi genus. Sic ab Afris* magália, *quæ sunt casæ pastoritiæ. Sic Cicero à Sardes* mastruga, *quod est vertis genus. Sic Juvenalis* rheda, *quod est vocabulum Gallicum, significatque vehiculi genus. Sed ut Quintilianus ait, excusatur hoc vitium, aut consuetudine, aut authoritate, aut vetustâte, aut deniquè vicinitate virtutum.*

Probata verò vocabula sunt habenda, quibus auctores illi utuntur, qui floruerunt intra ducentos circiter quinquaginta annos ab ortu Ciceronis ad Antonium Pium, hoc est, à centesimo ante natalem Christi anno ad centesimum quinquagesimum, ex

PRimeramente, que cinco maneras hay de vocablos. Porque ó son Oscos, ó son antiguos, ó son nuevos, ó son bárbaros, ó aprobados. Oscos se pueden llamar, ú Opicos, aquellos vocablos de que usaron los Oscos y Opicos, Pueblos de Italia muy antiguos; mas condenólos de todo punto y echólos del uso el siglo mas enseñado.

De los quales dice Quintiliano en el primero libro de sus Oratorias Instituciones: No sean las palabras tomadas de los ultimos tiempos y ya olvidados, quales son: por generacion, acabar mucho, y los versos de los Sacerdotes Salios, que ellos apenas entienden.

Las palabras antiguas (como dice el mesmo Autor) dan al razonamiento alguna magestad con mucha delectacion. Porque tienen autoridad de lo antiguo, y por ser desusadas, tienen gracia como si fuesen nuevas. Mas es menester una templanza, que ni sean espesas, ni manifiestas: porque ninguna cosa es mas odiosa que lo exquisito: tales leemos muchas en Plauto, Terencio, Caton: de los mas nuevos en el Virgilio, y Lucrecio. Nuevas son las palabras que los Autores muy aprobados osaron sacar á luz, no habiendolas enantes, por aquella notable regla de Horacio: *Fue licito, y siempre será sacar nombre del cuño, que se usa.* Asi Tulio de beatus, fizo *beatitas, y beatitudo*: de los quales el uno fue desechado, y el otro recibido. Asi en nuestros dias Francisco Filelfo fizo *stapeda*, por aquello que en Castellano decimos *estrivo.* A la osadía del qual aunque todos los mas reclamaron puedese escusar, porque ningun nombre Latino halló, por el qual diese á entender lo que queria: no siendo aquella cosa entre los antiguos. Asi yo mesmo en esta parte usé muchas cosas de las quales entretanto me parece que deben usar, fasta que por otros se fallasen otras mejores.

Barbaras son las palabras, que tomadas de alguna lengua peregrina los Autores mezclaron al Latin. Asi Virgilio de la lengua Tudesca tomó *cateja*, que es asta para tirar. Asi de los de Africa *Magalia*, que son casas de Pastores. Asi Tulio de los Sardos *mastruga*, que es cierto vestido. Asi Juvenal *rheda*, que es palabra Francesa, y significa un linage de carro. Mas como dice Quintiliano, escusase este vicio, ó por costumbre, ó por autoridad, ó por vegedad, ó finalmente por alguna vecindad de hermosura.

Aprobadas son las palabras, de que usan aquellos Autores, que florecieron quasi dentro de docientos y cinquenta años, desde el nacimiento de Tulio, hasta Antonio Pio, quiero decir, cien años ante el Nacimiento de Christo, hasta ciento y cinquenta

ex quo salutem Christianam numeramus. De quo verborum genere Quintilianus inquit, ut novorum optima erunt maximè vetera, sic véterum maximè nova. Ex probatis verò alia sunt usitata, alia rara. Inter quæ rursus alia est differentia, quod alia sunt poëtica, alia oratoria, alia historica. Auctoritas, ut idem Quintilianus ait, ab oratoribus & historicis peti solet; nam Poëtas metri necessitas excusat.

Quare vocabulis Opicis, atque barbaris illis tantùm utemur, quæ sunt ab Authoribus celebrata, atque id quidem rarissimè, nec sine quadam ignominiæ nota, addentes: Ut ita dixerim, ut sic loquar, & similia, *quibus sermonis improprietatem excusare consuevimus. Priscis verò, & novis raró quoquè & cum verecundia quadam, ut excussare possimus id fecisse aut in honorem antiquitatis, aut necessitate, cùm dictionem Latinam non habèmus, qua id quod volumus, significare possimus. Probatis verò, quæ sunt in usu frequenti, frequenter: raris, raró: poëticis, in carmine tantùm; oratoriis verò & historicis, & prosa oratione, atque in carmine indifferenter utendum.*

Atque ut in tanta ambiguitate lectorem monere possimus adjecimus cuique dictioni notam; qua censeri debet cujus sit ordinis. Nam Oscis Os, priscis pr, novis no, barbaris bar, raris ra, Poëticis po; quibus verò nihil tale apposuimus, usitata esse & oratoria intelligendum est, nam Græcis receptis æquè ac Latinis utêmur.

Orthographia verò quia simplex non est, atque, ut ait Quintilianus, consuetudinis servit, & cum temporibus sæpè mutatur, litteraturam illa sequemur, in quam plerique authores consentiunt.

Quare meminisse debebit is qui dictionem aliquam requiret, posse illam scribi per vocalem aspiratam, vel exilem: vel per æ, vel œ diphthongo, vel sine diphthongo: per simplicem, aut duplicem consonantem: per ch, ph, rh, th, aspiratas, aut per c, p, r, t, exiles. Itaque si orthographiæ ratio lectori non satis constat, neque cessabit ab inquisitione, quoad omnes locos fuerit perscrutatus.

Inter i jota, & ypsilon, etsi tanta distantia est, quanta potest esse maxima inter duas vocales: inter i præterea & u, cùm accipiuntur pro vocalibus & cùm pro consonantibus scribuntur, tanta sit differentia, ut inter duas quaslibet litteras major esse non possit, nos tamen utrarùmque ordinem confudimus. Prosodiam quoque est ejusdem Quintiliani sententia in hunc modum designavimus, ut cùm littera alium, vel alium intellectum (prout producta, vel correpta est) facit, ambiguitatem illam apice distinguamus, ut quia malus prima producta, significat arborem, apicem eidem imponamus, ne putetur significáre non bonum. Occido prætereà, quia mediâ longa significat interficio, eâdem brevi cado, sive pereo, tanta errandi occassio tollêtur apice, primæ aut secundæ syllabæ imposito. Idem

quenta años despues de la salvacion de los Christianos. Del qual linage de palabras dice Quintiliano, que asi como de las nuevas son mejores las mas viejas, asi de las viejas las mas nuevas. De las aprobadas, unas son usadas, otras raras. Entre las quales tambien hay otra diferencia: que unas son poéticas, otras oratorias y históricas. El autoridad, como dice Quintiliano, de los Oradores y Historiadores se suele tomar; porque la necesidad del metro escusa los Poetas.

Asi que de los vocablos Opicos, ó bárbaros solamente usarémos de que usaron los Autores, y aun eso pocas veces, añadiendo una señal de infamia: *Porque asi lo diga*, ó *A manera de decir*, ó *En semejante manera*, donde solemos escusar la impropiedad de lengua. De las antiguas, y nuevas pocas veces usarémos, y con verguenza, y que nos podamos escusar que lo hecimos, ó por honra de la antiguedad, ó por necesidad, quando no tenemos palabra Latina, por la qual digamos lo que queremos. De las aprobadas que están en el uso espeso usarémos espesamente: de las raras pocas veces, de las poeticas solo en el verso: de las oratorias, y historicas en prosa y en verso sin alguna diferencia.

Y porque en tanta dificultad avisemos al Lector, añadimos á cada palabra una señal, por la qual se juzgue de qué orden es. E á las Oscas pusimos os, á las antiguas pr, á las nuevas no, á las bárbaras bar, á las raras ra, á las poeticas po, á las que ninguna cosa, entendemos, que son usadas y oratorias; porque de las recebidas de los Griegos usaremos como de Latinas.

E porque el Ortographía no es sencilla, y como dice Quintiliano, sirve á la costumbre, y con los tiempos se muda muchas veces: seguirémos aquella razon de las letras, en que conciertan los mas de los Autores.

Asi que el que buscáre alguna palabra, recuerdese que aquella se puede escribir con vocal aspirada, ó sotil, ó con æ, ó œ diphthongo, ó sin diphthongo: por sencilla ó doblada consonante: ó con ch. ph. rh. th. aspiradas, ó con c. p. r. t. sotiles. De manera, que si el Lector no tuviere cierta la razon de la Ortographía, no cesará de buscar, hasta que requiera todos aquellos lugares.

Entre la i espesa, y la y sotil, aunque hay tanta diferencia, quanto puede ser la mayor entre dos letras vocales, y tambien entre la i y u, quando se toman por vocales, ó quando se escriben por consonantes, tanta diferencia hay, quanta no puede ser mayor entre dos qualesquier letras; pero nosotros confundimos la orden de las unas y de las otras. La Prosodia eso mesmo segun la sentencia de Quintiliano la señalamos en esta manera, que quando la letra (por ser luenga, ó breve) hace diversos entendimientos, quitemos aquella duda con un rasguito: como porque *málus*, con la primera luenga, significa el manzano, le pongamos aquel rasguito porque no piensen que significa *no bueno*. *Occído* tambien, porque con la de en medio luenga significa *matar*, y con aquesta misma breve *caer*, ó

Idem quoquè fecimus in dictionibus illis, quæ perversè ab imperitis efferuntur, aut habentur accentus paulò reconditiôris. Nam in omnibus id facere, est quidem ineptissimum; cùm virtus & ars (quemadmodum ait Aristoteles) circa difficile versetur. Nemo enim ignôrat, quo accentu dominus *efferatur; sed quare id extra rationem artis erit. Sed quoniam indocti proferunt* sínapis áratrum, Jácobus, Isídorus, *& alia multa secunda syllaba brevi, eaque eadem accentu gravi, & è contrario* bissínus, adamantínus, Origénes, Hermogénes *penultima acuta, hic omnis labor, hoc opus artis est, tantam ignorantiam ex hominum mentibus extirpare.*

Quia verò posset quispiam ambigere, quo accentu dictiones incognitæ à plerisque proferuntur, apice omnis ambiguitas illa tolletur.

Ethymologiæ ratio, quam Cicero veriloquium interpretatur, quamquàm latissimè patet, ejus vim præcipuam ostendemus, cùm dictionis cujusque intellectum referamus, quod alii fecerunt partìm obscuriùs, partìm negligentiùs. Nam vocabulorum originem, quoniam in hoc opere spatiis iniquis excludimur, in aliud opus differe libuit; tantùm adjectus est nomini genitivus & primæ positioni verborum secunda persona singularis inflectendi modi, ut significaremus, quotæ declinationis illa essent, hæc verò quotæ conjugationis: quæ res significationem plerumque mutat. In aliis verò, quæ partes orationis essent, in compendium scripsimus.

ó perecer, esta ocasion de errar se quitará, puesto el rasguito sobre la primera ó segunda sylaba. Esto mesmo hecimos en las palabras, que los que poco saben pronuncian al revés, ó tienen el acento un poco escondido. Mas hacer esto en todas es desvarío: porque (como dice Aristoteles) la virtud y el arte negocian en las cosas dificiles. Porque todos saben *dominus* con qué acento se pronuncia, y por eso está ya fuera de artificio. Mas porque los ignorantes pronuncian *sínapis*, *áratrum*, *Jácobus*, *Isídorus*, y otras muchas palabras, la penultima sylaba breve, y aquella mesma por acento grave: por el contrario, *bissínus*, *adamantínus*, *Origénes*, *Hermogénes*, la penultima aguda: este es el trabajo, esta es la obra del arte, quitar tan grande ignorancia del pensamiento de los hombres.

Y porque podria alguno dudar, con que acento se pronuncian las dicciones á pocos conocidas, toda aquella duda se quitará con aquel rasguito.

La razon de las Etymologías, la qual Tulio interpreta, *verdad de palabras*, aunque á muchas cosas se estiende, demostrarémos su principal fuerza, declarando la significacion de cada palabra, la qual otros hicieron escura ó negligentemente. Mas el origen de los vocablos, porque la estrechura de esta obra no lo sufre, plugonos de la dejar para otra obra; solamente añadimos al nombre su genitivo, y á la primera posicion del verbo la segunda persona singular de indicativo, para significar de qué declinacion era el nombre, y de qué conjugacion el verbo lo qual muchas veces muda la significacion. Y en las otras escribimos por breviaturas, qué partes eran de la oracion.

NOS EL Dr. D. JOSEF PEREZ DE TOBIA, PRESBITERO, Sacristán Mayor, Dignidad, y Canonigo de esta Santa Iglesia Cathedral, Provisor y Vicario en lo espiritual y temporal, General y Oficial por el Illmo. y Rmo. en Christo Padre y Señor Don Juan Ramirez de Arellano, por la gracia de Dios, y de la Santa Sede Apostolica Obispo de Gerona, del Consejo de S. M. &c.

Por las presentes concedemos licencia y facultad á Vicente Olíva Impresor Real de esta Ciudad, para que pueda reimprimir el Libro: *Dictionarium Ælii Antonii Nebrissensis, Grammatici Chronographi Regii; cæt.* conforme al Original que nos ha presentado, á cuyo fin venimos en concederle la expresada licencia; por lo que mandamos expedir las presentes firmadas de nuestra mano, selladas con el Sello del Vicariato Eclesiastico, y refrendadas por el infrascrito Notario. Dadas en Gerona á 27 de Junio de 1800.

De Tobía Vic. Gen. y Off.

Por su mandado
Gabriel Casanova Presbitero.

ÆLII ANTONII NEBRISSENSIS GRAMMATICI,

CHRONOGRAPHI REGII,

DICTIONARIUM LATINUM, HISPANICA EXPLANATIONE, eademque vera, & germana, postrema hac editione multò elegantius quàm unquàm anteà illustratum, non parva vocum accessione locupletatum, atque à quamplurimis purgatum mendis.

A

A VOCALIS in ordine Alphabeti nomen est litteræ primæ, non solùm Hebræis, Græcis, Latinis, Hispanis, & Arabibus, sed cæteris etiam gentibus, & nationibus, ut inquit *Divus Isidorus* lib. 1. Etym. *Hanc primùm litteram omnes mortales proferunt in ipso ortu.* Observandum tamen illud est, eodem modo proferri, & scribi à Latinis, & ab Hispanis. Hebræi autem, Græci, & mauri aliter pronuntiant, aliter scribunt. Nam Hebræi dicunt *Aleph.* accen. in prima. Græci verò *Alpha.* Arabes denique *Aliph*, vel *Alipha.*

A. duobus punctis interposita designat *Aulus* prænomen.

A. apud veteres Romanos nota fuit absolvendi, sicut C condemnandi. Unde à Cic. *Salutaris littera dicitur.*

A. in comitiis Romanorum nota fuit reprobantis rogationem, id est, antiquo, vel antiqua sequor, sicut V. & R. admittentis, id est, uti rogat.

A. in notis litteris Bibliorum significat *Apile*, id est, comminatio. Isai. 38. A. *dispone domui tuæ*, &c. & *Jonæ* 3. A. *adhuc quadraginta dies*, &c. Consule Bibliot. Sanct. lib. 3. F. Sixti Senensis Dominicani.

Merulus, vel merula, pen. cor. piscis est, qui Græcè cotthyphos. Hisp. *Merlo y asi le llaman en Roma. Es cierta especie de tordo de la mar.*
Merulaceus, a, um. *Coto negar como Mirla.*
Merus, a, um, pro *purus, a, um*, undè *merum vinum.*
Merus, a, um, quod est solum. *Terent.* Nil *habet, præter sepem meram.*
Merx, mercis, sive mercimonium. *La mercaduria que se vende, ó compra.*
Me a, sunt partes mediæ ædium. *Vitruv.*
Mesarion, apud Galenum legitur pro mesenterio.
Mesauli servi, mediastini ajectissima quæque munia inter servos obeuntes.
Mesculum, mediana janua, vel in aulæ meditullio locus.
Meses, Ventus est inter Boream, & Cæciam. *Plin.* l. 2. c. 47.
Mese hordo in musica. *La cuerda del medio.*
Mesenterion, u. *El entresijo en el animal.*
Mesius, lingua Osca appellatur *mensis Majus.*
Mesochorus, i. *El Principe que rige el Coro.*
Mesocranium, ii, vertex capitis. *Calep.*
Mesoleuchos, herba est. Plin. lib. 27. cap. 11.
Mesoleucos, gemma est, eidem. *Plin.* lib. 37. cap. 71.
Mesomelas, gemma est, eidem. *Plin.* lib. 37. cap. 10.
Meson, persona comica appellatur, aut coqui. *Fest.*
Mesonauta, id est, quilibet ex numero nautarum.
Mesonyction, interp. media nox. *La media noche.*
Mesophorus, genus quoddam est nardi herbæ odoratæ.
Mespilus, i, G. mespile, es. *El nispero, arbol conocido.*
Mespilum, i. *El nispero fruta de aquel arbol.*
Messias, idem quod Salvator Christus. *Isid.*
Messia, iæ. *La mies, trigo, ó cebada.* (actio.
Messio, onis, ipsa metendi, id est, fruges, vel herbas secandi
Messor, oris. *El segador de trigo, ó cebada.*
Messorius, a, um. *Cosa para segar.*
Mesurarion, interp. medium cœli, domus decima.
Met, particula ad expresionem aliquandò adjecta.
Meta, æ, per transl. *El termino de cada cosa.*
Meta, æ, propriè. *El termino de la carrera.*
Meta gignendi, annus est quinquagesimus, quo mulier non concipit.
Meta congeries, sive struens, est in acutum tendens.
Meta, namque fastigiatur in acutum, & in imo latior est.
Meta, enim, figura est contraria turbini, id est, trocho.
Meta, æ. *La muela de baxo para moler.*
Meta, æ, aliquandò pro cupresso fœmina.
Meta, æ. *El presado de la leche quaxada.*
Meta, æ. *La juncada en que se traen los requesones, ó queso fresco.*
Meta, præpositio G. cum genitivo *pro cum*, & cum accusativo *pro post.*
Metæcion, locus Athenis, ubi carcerati detinebantur. *Suid.*
Metabasis figura, qua monemus quid dictum sit, & proponimus quod superest. *Quint.* lib. 9. cap. 3.
Metabole, trajectio interpretatur, figura est, quæ fit contrariis, ita transpositis, ut à priori posterius, oppositum proficiscatur. *Terent.*
Metæchimium, spatium inter duos exercitus.
Metacismos, vitium est in prolatione litteræ.
Metaculum, i, pro sede, sive actu sedendi.
Metalepsis, figura est cùm dictio aliquid sua significatione ex antecedentibus denotat, interp. *transumptio.*
Metellia, as, interp. cuniculus. *El Conejo.*
Metallon, u, interp. metallum. *El minero, ó metal.*
Metallum, i. *Qualquiera materia dura, que se saca de las entrañas de la tierra.* Exod. 25.
Metallicus, a, um. *Cosa de metal, ó minero.*
Metallicus, i, metallorum fossor dicitur propriè.
Metallifer, a, um. *Cosa que trae, ó cria metal.*
Metallarius ii, sive Metallicus, ci, *Cavador, ó sacador de metal, ó que anda á buscar mineros.*
Metallicum atramentum, idem est quod Melanteria. *Los polvos que echan los Albeytares para consumir la carne crecida de las bestias.*
Metallum vivax, pro eo quod *sulphur.* dixit *Apulejus.* Hisp. *Piedra azufre.*
Metallici, sive metallarii, apud *Jurisc.* dicuntur damnati adeffodienda metalla.
Metallum, à metallao, vel metallevo, G. quod est scrutor, sive inquiro dicitur. (niatur.
Metalla, dicuntur quod alia post aliam metalli venam inve-
Metallum, aliqui pro ipso auro accipiunt etiam.
Metalli nomine, omnia fermè, quæ fodiuntur ex venis terræ, dicuntur.
Metamorphosis, eos, interp. *transformatio.*
Metanœa, as, interp. *Dea pœnitentiæ.*
Metanœo, as, interp. *pœniteo, es, tui.*
Metaphysica, orum. *Libri sunt Arist. Philosophi.*
Metaphora, pen. cor. æ, interp. *translatio, onis*, & est figura. *Quando un nombre, ó verbo se pasa de su propio lugar, á* (otro.
Metaphoricus, a, um, interp. *translativus, a, um.*
Metaphoricus, id est, metaphoricè, hoc est *translative.*
Metaplasmos, u, interp. *transformatio.*
Metaphrazo, interp. transfero, sive permuto.
Metaphrates, interp. translator ex alia lingua.
Metaphrasis, pen. cor. interp. translatio.
Metaphrenum, pars à collo ad mentum protensa, vel quod à tergo præcordiis objecta est.
Metaplasmus, figura est Grammaticæ XXV. specierum.
Metaplasmos, inter barbarismum, & lexim est.
Metaplasmus, pars una vitiosa est inpoemate.
Metafœni, dicuntur strues, ab imo latæ, & in vertice attenuatæ. *Los amiares de paja, ó heno.*
Metascevazo, interp. transmuto, as.
Metasceusis, *Galeno* interp. transmutatio.
Metasyncrateo, interp. conforto, as.
Metasyncratica medicamenta, id est, confortativa.
Metapsicosis, interp. transanimatio.
Metathesis, pen. cor. interp. transpositio, figura est, quando ordo litterarum invertitur.
Metatio, onis. *La obra de aposentar.* Colum.
Metator, oris, pen. prod. *Aquel mismo aposentador.*
Metatus, a, um, particip. à *metor, aris*, passivè.
Metatus, i. *El Mariscal, ó Aposentador del Real.*
Metatorius, a, um. *Cosa para aquel aposento.*
Metaxasericum, à quo metaxani negotiatores, qui sericum vendunt, *Alciat.* in l. 2. balluca, C. de metallis.
Metempsychosio, pen. cor. Dicitur de corpore, in corpus animæ transmigratio, interp. transanimatio, *Ovid.* lib. 15. Metamorph.
Meteorologica, Libri sunt *Aristotelis.* de sublimibus.
Meteorologus, qui sublimia tractat, altisque versatur.
Meteorologeo, interp. considero de sublimibus.
Meteorologia, as, interp. sermo de sublimibus.
Meteoros, a, on, pen. prod. interp. sublimis, e.
Meteoroscopus, G. stolidus, qui sublimia respicit. interp. Accipitur pro stolido.
Meter, eros, per eta utrobique, interp. Mater.
Methe, es, interp. temulentia, sive ebrietas.
Methystes, æ, interp. temulentus. sive ebrius.
Methodus, i, pen. cor. interp. *doctrina, sive via.*
Methodicus, a, um, interp. *Doctrinalis.*

Me nodium, ii. *La corredera de caballos.*
Meticulosus, a, um. *Cosa medrosa, ó temerosa.*
Metior, iris, mensus, sum. *Medir*, undè mensura, æ, *y considerar, y nivelar con el entendimiento una cosa con otra.*
Metys, sive commosis. *La bez de la cera.*
Meto, is, messui, messum. *Segar trigo, ó cebada.*
Metoche, es, interp. participium.
Metæci dicuntur, qui à patria sua peregrinantur, & incolæ sunt alienæ.
Metœcus, G. *Lat.* transmigrator, qui patriam suam mutat.
Metor, aris, sive meto, is. *Aposentar en el Real.*
Methorchium, spatium quod plantatas interjacet arbores.
Metonymia, as, interp. *transnominatio*, quando una dictio per affinitatem alterius pro ea ponitur.
Metopion, unguentum quod ex amygdalis conficitur.
Metopium, aliud ex variis concinnatur.
Metopium, lignum est, ex quo *Galbanum* nascitur.
Metopium, oleum amygdalinum à quibusdam dicitur. *Diosc.*
Metopium, ii. *Aceyte de almendras amargas.*
Metopius, ii, arbor, est peculiaris Ægypti.
Metopon, u, interp. frons, tis. *La frente.*
Metoposcopus. *El que adivina por la cara.*
Metra, as, interp. vulva. *La madre de la muger.*
Metreta, sive metretes, penult. prod. interp. *Quedrantal. La arroca.*
Metrete, es, G. quam nos memretat dicimus.
Metreo, ex Græco interp. metior, iris.
Metrenchitæ, instrumenta sunt medicorum, per quem medicamenta in uterum injiciuntur. *Gal.*
Metricus, a, um, id est, res ad mensuram pertinens.
Metrocoma, as, interp. vicus primarius.
Metropolis, pen. cor. eos, interp. *Matrix civitas.*
Metropolites, ex forma Græca, civis ex ea urbe.
Metropolitanus, ex forma Latina, civis ex eadem urbe.
Metropolitanus, idem quod Archiepiscopus, sive Præsul Metropolis. *Isid.*
Metrum, i, pedum junctura est, modo, numeroque finitima.
Metuo, is, metui, caret supino. *Temer.* Activum.
Metus, us. *El miedo.* activè, & passivè.
Metus *strenuus* dicitur, quasi pernicitatis velocitatisque Magister, quoniam incertum excutit.
Metus, apud Antiquos in genere fœminino dicitur.
Meu, herba nota. *Plin.* lib. 20. cap. 23. *Pinillo.*
Meus, a, um, pronomen est possessivum ab eo, quo *mei* vel *mi.*
Mezereon, est *Diosc.* thymelea.

M ANTE I.

Mi, blandientis vox est, ut *mi Eustbochium* pro *mea.* Hier.
Mi, dativus, & vocativus est ab eo, quod est *ego.*
Mya, interp. musca. *La mosca.*
Myaces, G. in concharum genere. *Lat.* Mituli dicuntur.
Myagrics, herba est quæ Melampyros, & myacanthons dicitur. *Plin.* lib. 27.
Mi, olim dixerunt, pro *mihi*, sicut nunc *tibi*, & *sibi.* M. V.
Mica, æ. *La migaja, como de pan, ú de sal, &c.*
Mices, etos, per *eta* utrobique interp. fungus, i.
Mico, as, avi. *Resplandecer, ó temblar.* Apud Cic. lib. 2. de Divinat. *Jugar á la morra, que es juego que se hace con los dedos.*
Micor, aris, per translant. pro eo quod est *digitis sortior.*
Micos, i, idem quod mices, etos, significat, id est, fungus.
Microcosmos, interp. potest parvus mundus.
Micrologia sedulitas, quovis modo acquirendi, & cura rerum vilium.
Micrologus, qui rem alioqui vilem magni æstimat.
Microlipus, qui statim, & nulla causa irascitur.
Micron, u, interp. parum. *Cosa pequeña.*
Micropsycos, pen. cor. interp. pusillanimus, a, um, Hisp. *Medroso, temeroso, y de poco corazon.*
Micropsychia, interp. pusillanimitas, atis.
Microspheron, genus quoddam est nardi.
Microsphyctis, interp. debilis, cui venæ tenuiter moventur.
Mycter, eris, per *eta* utrobique, interp. nasus. *La nariz.*
Micturio, is, ivi. *Haber gana de mear.*
Mictus, us, à mejo, is, minxi. *La meada.*
Mydas, vermiculus est errodens fabas.
Mydriasis, morbus est oculorum, id est, paralysis.
Myæ, arum, concharum est genus.
Mygale, pen. cor. es. interp. mus araneus. Hisp. *Musgaño, ó raton, ó comadreja.* Liv. 11.
Mygma, atis, Lat. est *coitus*, vel *mixtio.* Isla. 30.
Migro, as, avi. *Mudarse de casa, á casa.*
Migro, as, avi. *Mudar alguna cosa á otra casa.*
Migratio, onis. *Aquella obra de mudar casa.*
Migrasso, is, Antiqui dicebant, pro *migro as.*
Mihi, dativi casus est, ab eo quod est *mei.*
Mihitpte, pro *mihi ipse*, posuit *Cato*, inquit *Fest.*
Mylacris, blattæ genus magnitudine cicadæ. *Ptol.*
Milago, inis, piscis quidam. *Isid.*
Mylax, sive Smilax, acis, genus est hederæ.
Myle, les, herba est radicem habens, parvo bulbo similem, contrahentis facultatis. *Gal.*
Milis, itis. *Hombre armado para la guerra.*
Miles, gravis armaturæ. *Hombre de armas.*
Miles levis armaturæ. *Peon de livianas armas.*
Miles legionarius, longè honoratior est, quàm miles auxiliator.
Miles gloriosus, comedia *Plauti* est 12.
Milesiæ, fabulæ dicebantur poemata, fabulæque lascivientes.
Milesiæ, fabulæ dicuntur à nonnullis, *aniles*, ac *vanidicæ.*
Milesius sermo, dicitur lepidus, ac jocosus, à Milesiis civibus.
Militia, æ. *La guerra, ó tiempo de la guerra.*
Militarius, a, um, pro *militaris*, verbum militare.
Militaris, e. *Cosa perteneciente á la guerra.*
Militaris, herba est. quæ & aliis nominibus Achilea, millefolium, & supercilium Veneris appellatur. *Diosc.*
Militariter, *adverb A manera de guerra. A la soldadesca.* Liv.
Militè, *adverb. En tiempo de guerra.*
Militio, as, avi, pen. cor. *Estar, ó andar á la guerra.*
Milites, bifariam dividuntur, in legionarios, & auxiliares.
Milites legionarii, sunt *Romani*, auxiliares verò *externi.*
Milites lapis. *La piedra propia para moler.*
Milium, ii, legumen notum. *El mijo*, G. Cenchros.
Miliaceus, a, um. *Cosa de materia de mijo.*
Miliarium, ii. *Vaso para coger mijo.*
Miliaria, herba quædam est. Plin. lib. 22. cap. 13.
Miliaria avis. *Cierta avecita que come mijo.* Plin.
Mille, in plurali adjectivum, *Mil.*
Mille, in singulari, substantivum. *Millar.*
Mille denarium, pro *mile denariorum* dicebatur antiquitùs.
Mille nummum, pro *mille numerorum* dicebant quoque.
Millefolium, ii. *El corazonzillo, hierba nota.* G. Myriophillone *Plin.* lib. 24. cap. 16.
Millefolia, æ, panacis genus est. *Plin.*
Milleformis. *Cosa de mil maneras.*
Millenarius numerus. *El numero de mil.*
Milleni, æ, a. *Cada un mil*, in plurali.
Millesimus, a, um. *Cosa de mil en orden.*
Millesima pars. *Una parte de mil.*
Millepeda, æ, pen. cor. G. Onos, sive Oniscos dicitur ab Hispan. *Gallinilla.*
Millepedæ, animalia sunt multis pedibus nitentia.
Milliarium, ii, sive milliare, is. *La milla, ó espacio de mil pasos.*
Milliaria, lapidibus fixis signabantur antiquitùs. *Plaut.*
Milies, *adverb. Mil veces.*
Millies nomen. *Cien quentos.*
Milliarius grex. *Manada de mil.*
Milliarius aper. *Puerco montés de mil libras.*
Milliarii dicti, qui *Mille annis nondùm finiebant.*
Millus, i, interp. mullus. *El Barbo.*
Millus, sive millum, i. *El collar del Can con carlaneas.*
Milœcos, vermis est juxta molas habitans.
Milus, u, interp. taxus. *El taxo.* Diosc lib. 4. cap. 85.

Mil-

Miltos, u, interp. minium, ii. *El bermellon.*
Miltus, est quartum hæmatitæ genus, cum fuerit decoctum, nam crudum elatites vocatur. *Plin.* lib. 36. cap. 16.
Milvus, sive milvius, ii. *El Milano.*
Milvus, sive *milvago*, inis, piscis marinus.
Milvus, i, certa quædam constellatio est in cœlo.
Milvinus, a, um. *Cosa perteneciente á Milano.*
Milvinus pes, herba quædam est. *Pie de Milano.*
Milvina tibia est acuti soni. *Fest. Pomp.*
Mima, æ. *La muger contrahacedora de personas.*
Mimeylon, sive Camarus, G. arbutus, sive unedo, interp. ab Hisp. vocatur. *Madroño.*
Mimeo, interp. imitor, aris. *Contrahacer.*
Mimesis figura, ubi non verbum modò, verùm etiam gestum, vocemque fingimus alienam.
Mimeticus, a, um, interp. imitativus, a, um.
Mimicus, a, um, pen. cor. *Cosa contrahacedora de personas.*
Mimi, orum, in plurali, versus à mimis repræsentati.
Mimographus, interp. mimorum scriptor.
Mimula, æ, dimin. ab eo, quod est *mima, æ.*
Mimus, i. *El momo contrahacedor de personas.*
Mimulus, i, dimin. ab eo quod *mimus, i.*
Mina, æ, (quæ G. dicitur Mna) genus quoddam est monetæ. *Es vocablo Attico de cierto peso, y cierta moneda de los Atenienses, que pesaba 75. dragmas. Algunas veces se toma por moneda, y vale (segun Bud.) diez escudos, ó coronas.* 3. Reg. 10.
Mina, æ, dicitur mamma, quæ lactè deficiente, facta est altera minor. *Fest.*
Minæ, arum, in plurali. *Las amenazas.*
Minæ, arum. *Lo que está en alto para caer.*
Minaciæ, arum. *Las amenazas*, dixit Plaut.
Minaciter, *adverb. mucho amenazando.*
Minanter, *adverb.* quoque. *Aquello mismo.*
Minatio, onis. Hisp. *Amenaza.*
Minax, acis. *Cosa que mucho amenaza.*
Minerrimus, a, um, inquit *Fest.* pro *minimus.*
Minerval, alis, xenium est, quod à discipulis Magistro donabatur præter stipendium.
Minerval, vel minervale, is, est stipendium pro institutione Magistris datum. *Varr.*
Mineus, a, um, à minio. *Cosa de bermellon.*
Mingo, gis, non est in usu Latinis, nisi *mejo, mejis.*
Miniata cera. *La cera colorada, como para sellar.*
Miniatas cerulas per diminutionem dixit *Cicero.*
Miniaria, æ, locus, in quo foditur minium. *Plin.*
Miniacius, a, um, quod ex *minio.* Vitruv.
Miniculator, oris. *El iluminador de libros.*
Miniculus, a, um, pro eo quod est *minimus, a, um.*
Minimus, a, um, superlat. ab eo quod est *parvus, a, um.*
Minimè, *adverb. En ninguna manera.*
Minimè, *adverb. A lo menos.*
Minimè gentium. *No á juicio de todos.*
Minimopere, dixerunt veteres, uti *maximopere.* Prisc.
Minio, as, minio tingo. *Plin.* lib. 33. cap. 7.
Miniarius, a, um. *Cosa para el bermellon.*
Miniatula cera. *Cosa colorada para sellar.* Cic. ad Attic. l. 15.
Miniatus, a, um. *Cosa teñida de bermellon.*
Miniscor, eris, Antiqui dicebant, pro *reminiscor.*
Minister, i. *El servidor, que sirve á la mesa.*
Ministra, æ. *La muger, que sirve á la mesa.*
Ministerium ii. *Aquel servicio á la mesa.*
Ministerium, ii, pro ipsis ministris usurpatur à Scriptoribus.
Ministerium, pro *ministratoribus*, dixit Plin.
Ministeria, orum, in plurali. *Los mismos servidores.*
Ministro, as, avi. *Servir á la mesa.*
Ministrator, oris. *Aquel que sirve á la mesa.*
Ministratrix, icis. *La que sirve á la mesa.*
Ministratorius, a, um. *Cosa perteneciente á aquel servicio.*
Minitor, pen. cor. aris, frequent. à *minor, aris.*
Minitabiliter, *adverb. Amenazando.*
Minito, as, avi, Antiqui dicebant, pro *minor, aris.*
Minitabundus, a, um. *Cosa que mucho amenaza.*
Minium, ii, quod G. Miltos. *El bermellon.*
Minium Sinopicum, à Sinopo urbe Ponti. Lat. *Rubrum.*
Mino, as, avi. *Llevar ganado antecogido.* Fest.
Minor, aris, minatus. *Amenazar.*
Minor, oris, comparativum, est ab eo quod est *parvus.*
Minores, in plurali. *Los nietos, y descendientes.*
Minoro, as, pen. cor. avi. *Hacer alguna cosa menor.*
Minoratio, onis. *Aquella obra de hacer menor.*
Minos, mandragora, apud *Diosc.* lib. 5. cap. 79.
Minthe, es, G. Lat. Mentha. Hisp. *Yerba buena.*
Minthus, flos, in sterquiliniis nascens, quo mirè afficiunt hirci; quibusdam retrimenta caprarum minthon dicuntur.
Minthro, as, avi. *Chillar el raton.*
Minurizatio, onis, avium minorum cantus.
Minurzo, as, parca voce canto.
Minùs, *adverb.* comparandi. *Menos.*
Minùs, *adverb.* negandi pro eo quod *non.*
Minusculus, a, um. *Cosa un poco menor.*
Minusculè, *adverb. Un poco menormente.*
Minuo, is, minui, minutum. *Desmenuzar.*
Minutio, nis. *Desmenuzamiento.* Gel.
Minusculæ, arum, festa erant Romæ mense Junio.
Minutè, *adverb.* Hisp. *Menuda, y delgadamente.*
Minutal, is. *Manjar desmenuzado en pedazos.*
Minutim, *adverb. Desmenuzando en piezas.*
Minutatim, *adverb.* quoque. *Lo mismo.*
Minuties, ei. *La parte pequeña de cada cosa.*
Minutiæ, arum, pro *minutis, & minutorum partibus.*
Minutus, a, um. *Cosa menuda, y desmenuzada.*
Minuti, pisciculi. Hisp. *Muralla.* Terent.
Myocephalon, oculorum ulcus, capitis musculis non absimile.
Myoctonos, u. *El rejalgar:* quod mures necat.
Myon, interp. musculus, i *El morcillo.*
Myoparo, pen. cor. onis. *Nave ligera de Corsario.*
Myophonos, u. *Aquel mismo rejalgar.*
Myops, opis, sive Nyctalops, G. Lat. lusciosus interp. Ab Hisp. dicitur. *Visojo, que ve poco.*
Myopiasis, eos. *La tal indisposicion de ver poco.*
Myosota, l. Alsine, es, herba est eadem quæ muris auricula.
Myosotis, idos, herba est altera, sed ejusdem nominis.
Mirabilis, e, & mirandus, a, um. *Cosa maravillosa, y digna de admiracion.*
Mirabilitas, atis. *Aquella maravilla.* Prisc.
Mirabiliter, *adverb. Maravillosamente.*
Mirabundus, a, um. *Cosa que mucho se maravilla.* Liv. 5. Belli (Punici.
Myracanthon, herba aculeata est. *Steph.*
Miraculum, i. *El milagro, ó maravilla.*
Mirè, *adverb.* id est, mirabiliter. Hisp. *Maravillosamente.*
Miranus, i, sive myrinus, i. *La murena macho.*
Mirapium, ii. *Cierto genero de peras olorosas.*
Miratio, onis, à miror, aris. *La obra de maravillarse.*
Mirator, oris. *El que se maravilla.* Calep.
Miratrix, icis. *La que se maravilla.* Senec.
Mirandus, a, um. *Cosa digna de maravilla.* Cicer.
Myrias, adis, pen. cor. *Diez millares.* Græcum est. *Basilius* Epist. 182. & *Chrysost.* contra gentes.
Myriarcha, æ. *El Capitan de diez mil.*
Myrica, æ, pen. prod. quæ & Tamarix, arbor nota, sive virgultum. *El atarfe, ó tarabi, ó tamariz.*
Mirifico, as. *Hacer maravilloso.* Plaut.
Mirificus, a, um, pen. cor. & mirificatus, a, um. *Cosa maravi-* (*llosa.*
Mirificentior, oris, comparat. est à *mirificus.*
Mirificentissimus, superlat. quoque à *mirificus.*
Mirificè, *adverb. Maravillosamente.*
Mirificentia, æ. *Aquella obra maravillosa.*
Myrinus, i, pen. prod. piscis. *La lampréa, ó murena macho.* Plin. lib. 9. cap. 23.
Myrine, sive myrsine, es, G. Lat. myrtus. *Arrayán.*
Myrinx, gos. *La tunica de los meollos.*
Myriophyllon, herba est, quæ mellefolium appellatur. *Plin.* lib. 14. cap. 16.
Myrice, es, idem est, quod myrica, æ. *El Atarfe.*
Myristica nux. *La nuez moscada.*

My-

Myrizo, as, avi, interp. redoleo, es, evi.
Myrmecia, G. agmen formicarum, interp.
Myrmecia, genus quoddam est verrucæ. *Cels. lib. 5. cap. ult.* Hisp. *Berruecos, ó berrugas de las manos.*
Myrmecium, ii, genus quoddam est aranei.
Myrmecites. Gemma est, quæ innatam formicę effigiem habet. *Plin.*
Myrmecoleo, exiguum animalculum formicis adversum. *Escondese debaxo del polvo para cogerlas.* Calep.
Myrmecias, gemma nigra est. *Plin. lib. 37. cap. 10.*
Myrmex, ecos, interp. formica. *La hormiga.*
Myrmillio, onis, erat qui pugnabat cum scuto.
Myrmillonica scuta, dicebant, cum quibus de muro pugnabant. Erant siquidem ad hoc ipsum apta.
Miro, as, cum accusativo. *Mirar.* Varr. in Eumenidibus.
Myrrobaccarius, i, myropola dicitur, quę unguentum vendit.
Myron, interp. unguentum odoratum.
Myrobalanum, unguentum erat pretiosum.
Myrobalanus, eadem est, quę balanus myropsicę.
Myrobaptarii tinctores, dicuntur murici coloris. (dos.
Myrobrecharii, unguentorum confectores ad capillos irroran-
Myrobrechi, vasa unguentaria. *Plaut.*
Myrophyllon herba, interp. odoratum folium.
Myropola, ę. *El que vende unguentos olorosos.*
Miropolium, ii. *La tienda donde se venden.*
Miror, aris. Hisp. *Admirarse, ó maravillarse.*
Myrothecium, ii. interp. unguentorum repositorium.
Myrrha, æ. *El arbol de la myrra, unguento.*
Myrrha, æ. *Aquel unguento de la myrra.*
Myrrhatus, a, um. *Cosa untada con myrra.*
Myrrha, æ, quæ murrha, æ, & myrrhytes. *El Agata piedra.*
Myrrhaphia, sive Myrapia genus pyrorum. *Plin. l. 15. cap. 15.*
Myrrheus, a, um. *Cosa de materia de myrra.*
Myrrhinus, a, um. *Cosa de aquella piedra preciosa.*
Myrrhina, genus quoddam est potionis.
Myrrhus, i, & arbor, & unguentum, idem est quod myrrha.
Myrrhis, sive myrrhiza herba est. *Diosc. lib. 4. cap. 117.*
Myrrhites, gemma quæ myrrhæ colorem habet. *Plin.*
Myrsine, es, interp. myrtus, seu nigra. *El arrayán.*
Myrsinites vinum, quod ex myrsinite, i, myrto concinnatur.
Myrsinites, lapis est quæ myrrhi odorem habet. *Plin. lib. 37.*
Myrsinites, herba est specie Tithymali. *Plin.* (c. 10.
Myrtidanum, id est, Stolon, qui ad myrte radices nascitur.
Myrtidanum vinum, quod ex Stolone concinnatur.
Myrtinum oleum, quod ex myrto frutice exprimitur.
Myrtopetalon, herba est quæ & Polygonaton. *Plin. l. 27. c. 17.*
Myrtum conjugulum, dicitur *Catoni*, Conjugulam.
Myrtus, conjugula, à conjugiis dicitur, quibus præest Venus.
Myrtum, Galeni interpres semper in myrtilam vertit.
Myrtacantha, à quibusdam appellatur Ruscus, frutex quem *Diosc.* Sylvestrem myrtum appellat.
Myrtum, i. *La mirta, grano de arrayan.*
Myrtus, i. *El arrayan Morisco, que se labra.*
Myrtus sylvestris. *El arrayan montesino.*
Myrteus, a, um pen. cor. sive *myrtinus, a, um. Cosa de arrayan.*
Myrtetum, i, pen. prod. sive myrteta, æ. *Arrayanal.* Plaut.
Myrtites vinum. *Vino adobado con arrayan.* Col.
Myrtydanum, i. *Aquel mismo vino.* Plin. lib. 14. cap. 16.
Myrtatum, i. *Manjar adobado con arrayan.*
Mirus, a, um. *Cosa maravillosa.* Plin. lib. 2. cap. 108.
Mis, genitivus est antiquus à pronomine *ego.*
Mys, myos, interp. mus, muris. *El raton.*
Mys, myos, interp. mus. *El Raton, pescado.*
Mesantropos, pen. prod. interp. osor hominum. *Cic. 4. Tusc.*
Miscellus, a, um. *Cosa mezclada un poco.*
Miscellaneus, a, um, pen. cor. *Cosa mezclada.*
Miscella turba, idem quod miscellanea, quæ varia gentium colluvione commiscetur.
Miscellanea, turba, eorum est, qui præsto sunt Juridicis magistratibus. *Apul.* in metamorph. (ta est.
Miscellanea doctrina, quæ multifariam, & ex multijugis mix-
Myscelli, sive miscellanei, ludi erant apud Antiquos.
Miscellum, genus columbarum ex agrestibus, domesticisque columbis. *Varr. lib. 3. cap. 3.*
Miscellæ uvæ dicuntur, quæ sunt omni agro convenientes. *Cato. cap. 6.*
Misceo, es, miscui, mistum, per s. & x. *Mezclar, ó enturbiar.*
Miscelliones appellantur, qui non certæ sunt sententiæ, sed variorum, mistorumque judiciorum sunt.
Miser, a, um. *Cosa mezquina, ú desdichada.*
Misellus, a, um, dimin. est ab eo quod *miser.*
Miserè, *adverb. Mezquina, ú desdichadamente.*
Miserè, *adverb.* aliquandò pro eo quod est *valdé.* Virg.
Miserculus, a, um, dimin. est à *miser, a, um*
Misereor, aris. *Haber misericordia de alguno.*
Miseresco, cis. *Haber misericordia.* Plaut.
Miserator, oris. *El que ha misericordia.*
Miseratio, onis. *Aquella obra de misericordia.*
Miserabilis, e. *Cosa digna de misericordia.* (panis.
Miseramen, inis, pro eleemosyna. Juven. *Parvi miseramina*
Miserandus, a, um. *Cosa que merece misericordia.*
Miserabiliter, *adverb. Miserablemente.*
Miseranter, *adverb. Habiendo misericordia.*
Miseria, æ. Hisp. *Miseria, trabajo, y desventura.* (gunos
Misereor, eris, misertus, l. miseritus. *Haber misericordia de al-*
Misereo, es, miserui. Antiqui dicebant pro *misereor.*
Miserebat, impersonale vocis activæ. *Lo mismo.*
Miseretur, impersonale vocis passivæ. *Lo mismo.*
Miserescit, impersonale quoque *Lo mismo.*
Misero, as, Antiqui dicebant pro *misereor aris.*
Misericordia, æ, quæ à Græcis dicitur eleemosyna.
Miseritudo, inis, vox activa. *Aquella misericordia.* Priscian.
Misericors, dis. *Cosa que ha misericordia.*
Misericorditer, *adverb. Misericordiosamente.*
Miseriter, antiqui dicebant pro miserè, *adverb.*
Mysi, mysios, medicamentum est ex ære.
Myzi, medicamentum, quod ex chalcide lapide fit.
Mysi, genus quoddam est tuberis. *La turma.*
Misocalus, osor honesti dicitur. *Budæus.*
Misogynea, odium mulierum, passivum scilicet.
Misoponus, ni, osor laboris.
Misos, interp. odium. *La enemistad.*
Missa, e. *La Misa.* Non est Latinum, sed Hebraicum. *De este vocablo, y su origen; y si es Latino, Griego, ó Hebreo, dice muchas cosas el Rocense*, in defensione Regiæ assertionis.
Missare labiis occlusis, sonum naribus elicere.
Missiculo, pen. cor. as, dimin. est à *mitto, is, misi.* Hisp. *Enviar á menudo.*
Missilis, e, adject. pen. cor. *Cosa que se lanza, ó envia.*
Missile, is. *La lanza, ó lo que se tira.*
Missio, nis, sive missus, us. *La obra de enviar*, à mitto, is.
Missus, a, um. Hisp. *Cosa enviada.*
Missitto, as, pen. cor. avi, frequent. à *mitto, is.* Hisp. *Enviar á menudo.*
Mystagogus, i, pen. prod. *El guardador, y demostrador de los secretos sagrados.*
Mystatyllus coquus, à mystello, quod est seco minutim. Juv.
Mystes, æ, G. *El Sacerdote de la cosa sagrada.*
Mystarches, æ. *El Principe de aquellos Sacerdotes.* Hieron. ad Pammachium. *Arzobispo.*
Mysterium, ii. *El secreto del sacrificio.*
Mysticus, a, um, propriè, quod in arcanis Deorum sacris fiebat, qualia erant Bacchi orgia: Undè mystica sacra pro arcanis sacris, dixit *Marcial.*
Mistille, panis qui canibus abjicitur. Lat. *canica*, vel panis excavatus sorbitioni accommodus.
Mistelliones, inquit *Fest.* dicuntur varii in sensu.
Mistocætus, sive mystus piscis est marinus. *Plin. l. 32. c. 11.*
Mistura, æ. *Mezcladura.* Colum.
Mystrum, i. *Un cierto peso ó medida.*
Misumenos, interp. odiosus. *Aborrecible.*
Mitella, ę, dimin. ab eo quod est *mitra, æ.*
Mitesco, is. *Amansarse, ó ablandarse.*
Mythologia, ę, interp. potest fabulositas, atis.
Mythicus, a, um, interp. fabulosus, a, um.

Mythos, u, interp. fabulosa. *Cosa fingida.*
Mythistoria, æ, pro eo quod *fabulosa historia.* dicitur.
Mithra, æ, Persis dicitur, Sol. *Strab.* 15
Mithrax, gemma variis coloribus variegata. *Plin.* lib. 36. cap. 10.
Mithriaca, Solis sacrificia.
Mithridantoa scord um, apud *Diosc.* lib. 2. cap. 123.
Mithridaticum, medicamentum, à Mitrhidate dictum.
Mitis, e. *Cosa mansa, blanda, ó madura.*
Mitifico, as. *Amansar, ablandar, ó madurar.*
Mitigo, as, pen. cor. avi, pro eo ferè quod est, *mitifico, as.*
Mitigativus, a, um. *Cosa que amansa, ó ablanda.*
Mitigatio, onis. *Aquella obra de amansar, &c.*
Mitigatorius, a, um. *Cosa que se puede amansar, y ablandar.*
Mitilo, as, avi. *Cantar el ave nota.*
Mytilus, i. *Cierto pescado de concha.* Alii non mytilus, sed musilus scribendum censent.
Mytulus, sive mutilus, piscis idem. Hisp. *Almeja.*
Mitra, æ. *Cofia pintada, borlada, ó bordada.*
Mitratus, a, um. *Cosa adornada de tal cofia.*
Mitra, æ, aliquandò accipitur pro *thoracis lorica.*
Mitrax, acis, gemma est *Plin.* lib. 36. cap. 10.
Mittella, æ, aliàs mitella, æ. *Cofia pequeña.*
Mittion, u, pulmenti quoddam genus est.
Mitto, is, misi, missum. *Enviar.*
Mirtos, interp. licium, ii. *El lizo de la tela.*
Myxa, æ, interp. mucus. *El moco.*
Myxa, æ, à Medicis aliquandò accipitur, pro *coryza.*
Myxa, æ, accipitur etiam. *Las babas del caracol.*
Myxa, æ. *Ciruela, enxerida en serval.*
Myxos, u. *La mecha ó mechero de candil.*
Mixobarbari dicebantur, qui ex altero parente Græco, altero barbaro prognati erant. *Calep.*
Myxon, onis, piscis à *Theodoro*, interp. muco, onis.
Mixtarius, vas, quo vinum aqua miscemus. *Lucil.*
Mixtus, a, um, vel mistus, a, um, particip. à *misceo, es, miscui.*
Mixtura, æ, sive mixtio, onis. *La mezcladura.*
Mixtim, adverb. *Mezcladamente.*

M ANTE N.

Mna, sive mina. *Un cierto genero de moneda.* Vide verbum *mina, næ.*
Mnamonas, Dores. appell. quos Lat. modiperatores.
Mneme, es, sive mnemosyne, interp. memoria.
Mnemonica vocantur præcepta memoriam adjuvantia.
Mnemosinon, u, interp. monumentum.
Mnestres, à Græcis proci appellantur, qui puellas ambiunt.
Mnia, interp. alga, undè *Nereus mnielus.*

M ANTE O.

Mobilis, e. *Cosa mudable, ó movible.*
Mobilitas, atis. *La habilidad para moverse*
Mobiliter, adverb. *Movible, y mudablemente.*
Mobilito, as, avi. *Mover lo mudable.*
Mobilitatio, onis. *Aquella obra de mover.*
Modella, æ. *El gusano que roe las berzas.*
Moderor, pen. cor. aris, moderatus *Regir, y templar.*
Modero, as, pen. cor. avi. Antiqui dicebant, pro *moderor, aris.*
Moderatè, adverb. Hisp. *Templadamente, medianamente, y moderadamente, y modestamente.*
Moderatus, a, um, particip. à *moderor, aris.* Hisp. *Cosa templada.*
Moderatio, onis. *El regimiento, y templanza.*
Moderamen, inis, sive moderamentum, i. *A aquello mismo.*
Moderator, oris. *El regidor, ó templador.*
Moderatrix, icis. *La regidora, ó templadora.*
Moderatim, adverb. *Templadamente.*
Moderanter, adverb. idem quod *moderatim* Lucret.
Modestus, a, um. *Cosa modesta, y templada.*
Modestè, adverb. *Modesta, y templadamente.*
Modestia, æ. Hisp. *Templanza, y moderacion.*
Modialis, e, pro eo quod est ad *modium pertinens.*
Modiatio, onis, id est, *mensuratio per modios.*
Modicus, a, um, pen. cor. *Cosa pequeña templadamente.*
Modicum, ci. *Poco pequeño.* Juvenal.
Modicùm, adverb. *Medianamente poco.*
Modicellus, a, um, dimin. à *modicus, a um.*
Modicè, pen. cor. adverb. *Medianamente.*
Modificor, pen. cor. aris, sive modico, as, pen. cor. *Templar, y medir.*
Modificatio, onis. *Aquella obra de templar.*
Modiperator, inquit *Nonius*, est ad *modum imperans.*
Modius, ii, est tertia pars amphoræ unius.
Modius, ii. *El celemin, ó almud, medida.*
Modiolus, i, dimin. est ab eo quod *modius.*
Modiolus, i. *El arcabuz para sacar agua.*
Modiolus, i. *Cierto vaso para beber.*
Modiolus, i. *La maza de la rueda de la carreta.*
Modiolus, i. *Una herramienta en cirugia.*
Modiolus, i. *El molde vaciado de figura.*
Modiperatores, magistri, qui bibendi imperabant modum juxtra convivales leges.
Modò, adverb. *Ahora poco ha pasado.*
Modò, adverb. *De aqui á poco venido.*
Modò, adverb. *Ahora en el presente.*
Modò legit, modò dormit. *A las veces, &c.*
Modò, pro *solummodo* aliquandò accipitur.
Modonon, id est, etiam, vel insuper *Terent.*
Modulor, pen. cor. aris, atus. *Cantar suavemente.*
Modulo, as, avi, Antiqui dicebant pro *modulor, aris.*
Modulator, oris. *El cantor que canta suave.*
Modulatio, onis, sive modulatus, us. *Aquel cantar.*
Modulamen, inis, sive modulamentum, i. *Lo mismo.*
Modulatio, onis, modus, seu mensura in rebus componendis.
Modulatè, adverb. *Con medida.* Cicer.
Modus, i. *Manera, ó medida.*
Modulus, dimin. est ab eo quod *modus, i.*
Mœchimonium, ii, pro eo quod *adulterium* dixit *Laberius*
Mœchus, i, interp. adulter uxoris alienæ.
Mœcha, æ, interp. adultera mariti alieni.
Mœchalionon, dimin. est à *mœcha.*
Mœchia, as, interp. adulterium, ii.
Mœchisso, as, frequent. à mœchor. *Plaut. in Cas.*
Mœchor, aris, atus, pro eo quod est, *adulteror, aris.*
Mechator, oris, interp. adulterator, oris.
Mœnia, ium. *Los muros de la Ciudad, ó Villa.*
Mœnia, ium. *Los edificios de la Ciudad, ó Villa.*
Mœnitus, a, um. *Cosa bien cercada de muro.*
Mœro, as. *Entristecer á otro.* Pacuv.
Mœreo, es. *Entristecerse.* Vide *mereo*, pro *e.*
Mœreo, es. *Entristecer á otro.* Pacuvius.
Mœror, oris. Hisp. *Tristeza, y lloro.*
Mœrus, pro *murus* dixerunt *Virg. & Laur.*
Mœstè adverb. *Con tristeza.* Calep.
Mœstiter, adverb. pro *mœstè.* Plaut.
Mœsta petra, dicitur proverb. de rebus tristitiam concinnantibus.
Mœsta petra, de illa dicitur, quæ juxta Eleusim in Attica est, quòd in ea Ceres sedit tristis ex raptu filiæ.
Mœstitia, æ. Hisp. *Tristeza, y lloro.*
Mœstitudo, inis, idem quod *mæstitia.* Plaut.
Mœstus, a, um. Hisp. *Cosa triste, y llorosa.*
Mogilali, qui difficulter, & malè pronuntiant.
Mola, æ. *La muela para moler harina.*
Mola aquaria. *El baceña, ó molino de agua.*
Mola asinaria. *La tatabona para moler.*
Mola trusatilis. *La muela que se trae á manos.*
Mola manualis, sive manuaria. *La misma.*
Mola machinaria, apud *Apol.* est *asinaria mola.*
Mola salsa. *Con que los antiguos sacrificaban.* Plin. l. 17. Hist. natur. *Lo qual instituyó.* Numa Pompil. *Era de cebada tostada, mezclada con sal, y agua, echando primero harina en la frente del animal, que se habia de matar. Todo esto se llamaba mola salsa.*
Mola, in ventre fœminæ. *La carne mola.*
Molaris dens. *La muela para mascar.*
Molarius, a, um. *Cosa de muela.* Cato.

Molaris lapis. *La muela para moler.*
Molaris, asinus. *El asno que anda á la tahona.*
Molarina, æ *El molinero*, novum est nomen.
Molendinarius, a, um. *Cosa para moler.*
Molendium, i, non dicitur Latino sermone.
Molemonium, ii, herba est Plin lib. 26.
Moles, is. *La grandeza, ó pesadumbre.*
Moles, is. *La muela altozano en la tierra.*
Moles, is *El muelle para hacer puerto.*
Moles, is *El muy grande edificio.*
Molestus, a, um. *Cosa pasada, y enojosa.*
Molestia, æ. *Aquella pesadumbre, y enojo.*
Molestè, *adverb. Grave, y enojosamente.*
Molesto, as, avi. *Agraviar, y enojar.*
Molestatio, onis *Aquella obra de molestar.*
Molesta tunica. supplicii genus est alimentis ignium illata, intextaque. *Vestidura que quema al que la viste.*
Moletrina, pen. prod. dicebatur Pistrina, à moliendo dicta.
Molgi, fures, à mulgendi consuetudine.
Moly, yos. *Una cierta flor.* Plin. lib. 25. cap. 4. quæ centum capita cognominatur.
Moybdæna, G. Plumbago herba, interp.
Molybdonos, i, interp. plumbum, i. *El plomo.*
Molybdenus, a, um. *Cosa de materia de plomo.*
Molybditis. *Espuma de plomo* Diosc.
Moline instrumentum, quo aliquid molitur. *Cato.*
Molior, pen. cor. iris, pen. prod. itus. *Mover con dificultad. Aparejar, ó edificar.*
Molitor, oris, pen. prod. *El que apareja, ó edifica.*
Molitor, oris. *Aquella obra de aparejar, ó edificar, y esfuerzo para hacer alguna cosa.*
Molimen, pen. prod. inis, sive molimentum, i. *Aquel aparejo.*
Molytis, idis, locustę genus, quę frumenta depopulatur. *Calep.*
Molitus, a, um. pen. prod. particip. est à *molior, ris.*
Molita, mola contusa. *Colum.* lib. 6. cap. 9.
Molitor, pen. cor. *El molinero, ó el que muele.*
Molitor, oris, interp. futuator.
Molitura, æ. *La moledura, ú obra de moler.*
Mollifico, as, & mollefacio. *Ablandar.* Calep.
Mollesco, is, mollui. *Hacerse mas muelle, ó blando.*
Mollestra, æ, pellis ovina ad tergendas galeas.
Mollio, is, mollivi, mollitum. *Amolientar, ó ablandar.*
Mollico, as, sive mollifico, as. *Aquello mismo.*
Mollicina, pen. prod. vestis, à *mollicie* dicta. *Nonius.*
Mollugo, inis, herba quædam est. *Plin.* lib. 26. cap. 10.
Mollis, e. *Cosa molle al sentido de tocar.*
Mollis, e. *Cosa luxuriosa, ú delicada.*
Mollis, e. *Cosa perfecta en qualquier arte.*
Mollicullus, a, um, dimin. ab eo quod *mollis.*
Mollicellus, a, um, sive mollicinus. *Cosa molle.*
Mollitia, æ, sive mollities, ei. *La luxuria, y floxedad.*
Mollipes, pen. cor. qui mollem habet pedem. *Cicer.* 1. de Divinat. Hisp. *El que tiene los pies molles, ó blandos.*
Mollitèr, *adverb. Molle, y delicadamente.*
Mollitiva medicamenta, quæ Græcè malagmata.
Mollitudo, inis. *La molledura, ú delicadéz.*
Molluscanus, est è genere juglandium mollissimo cortice.
Mollio, is, mollivi, mollitum. *Moler harina.*
Molo, is, lui, itum. *Moler, y amolar.*
Molo, is, ivi, molitum, pro eo quod est *futuo.*
Moloche, es, interp. malva, æ. *La malva.*
Molochinus, a, um. *Cosa de color de malva.*
Molochinarius, ii. *El tintorero de aquel color.*
Molochines, gemma est ejusdem coloris. *Plin.* lib. 3. cap. 8.
Molochthus, lapis est idem, qui morosus, & morochthus.
Molorthus, idem quod perpendiculum. *Calep.*
Molocrum, i, inquit *Fest.* ferrum est, quo molæ vertuntur.
Molocrum, i. *La hinchazon del vientre.*
Molonymphus, qui nondum uxorem duxit.
Molosos, opos, interp. vibex, cis. *La roncha del golpe.*
Molosus, i, pes est constans, ex tribus syllabis longis.
Molossus, i, genus est canis. *El alano.*
Molocrium, ii, est lignum quoddam quadratum, ubi immolatur. *Fest.*
Molluscum, i, uber est aceris arboris. *Plin.*
Molucris, verberibus acriores facti.
Momar, inquit *Fest.* à Siculis dicitur *stultus.*
Momen, inis. *El momento de breve tiempo.*
Momentillum, li, diminut. à momentum. *Cæl.*
Momentum, i. *Aquel momento del tiempo.*
Momento, as, uno momento, sive exigua re dirigere, & æquare *Cornot.*
Momenium, i, pro modico dicitur, ut *momentum thuris.*
Momentum, in obeundis rebus, pro pondere, & efficacia.
Momentum, i. *La mudanza, ó ligereza del peso.*
Momentaneus, a, um. *Cosa de aquel momento.*
Momentarius, a, um, idem est, quod *momentaneus, a, um.*
Momentarius maritus, dicitur *Apul.* qui *momento aberat, aderatque.*
Momentosa rapina, dicta est apud *Quint.*
Momentosus, a, um. *Cosa hecha en un momento.*
Momista, æ, molarium dentium pars, quæ gingivæ assidet.
Momus, mi. Hisp. *Mofador, murmurador, fisgador, ó fisgon.*
Monachium, i. *Estado, ó compañia de Monges.* Dig.
Monachordum, i. *El monachordio en musica.*
Monachus, G. *Latinè.* Solitarius.
Monarches, æ, interp. solus, sive unus Princeps.
Monarchia, æ, pen. prod. *El principado de uno sólo.*
Monasiculus. *El que luego se enoja.* Plaut.
Monastes, æ. interp. solitarius. *El Monge.*
Monastis, idos, interp. solitaria. *La Monja.*
Monasterium, ii, interp. solitudo, inis. *El Monasterio.*
Monasterialis, e. *Cosa perteneciente á Monasterio.*
Monasticus, a, um. *Cosa perteneciente á Monge, ó Monja.*
Monas, adis, interp. unitas, atis. *Del numero de uno solo.*
Monasticon, poema est uno carmine constans.
Monaulus, i, instrumentum unius tantùm tibiæ. *Plin.*
Monedula, æ. *La graja, ó grajo, ave conocida.*
Monedula, æ. *Un cierto pescado.*
Monela, æ, idem quod *monitio.* Tert.
Moneo, es, monui, itum. *Amonestar.*
Moneris, pro monueris. *Non.*
Moneris, is. *Galeon de un remo solo en cada banco.* Liv.
Moneta, æ, pen. prod. *La moneda, ú dinero,* à Junone moneta.
Monetales triumviri, qui monetæ cudendæ præerant.
Monetalis, e, sive monerarius, a, um. *Cosa de moneda.*
Monetarius, ii. *El monedero, forjador de moneda.*
Monialis, is. *La Monja,* nec Græcum est, nec Latinum.
Monychus, i. *Uno de los que llaman Centauros.*
Monile, is, pen. prod. *La cadena de oro, ó el collar.*
Monile, is, pen. prod. ornamentum, etiam equis è collo propendens.
Monimen, inis, sive monimentum, i. *La memoria.*
Monito, as, avi, frequent. à *moneo, es.*
Monitio, onis, sive monitus, us. *El amonestamiento.*
Monitor, pen. cor. oris, sive commonitor, oris. *El amonestador.*
Monitorius, a, um. *Cosa amonestadora que amonesta.*
Monitores, non solùm dicuntur, qui monent, sed & libri commentarii.
Monitum, i. *Aviso, enseñamiento.* Cic. 4. de Finib.
Monilobes, dicuntur homines mutoniati, & viliores.
Monops, pis, interp. monoculus, i. *Tuerto de un ojo.*
Monyx, ycos, interp. solidipes, id est, unius ungulæ.
Monobeli vocantur, qui solo obelo, hoc est longitudine conspiciendi sunt. *Lamp.*
Monocentaurus, ri. *Animal semejante á caballo, y hombre.* Isid.
Monoceros, pen. cor, otis, interp. Unicornius. *El Unicornio.*
Monochroma, atos, interp. pictura unius coloris.
Monochromaticus, interp. res unius coloris. *Plin.*
Monochromateus, a, um. *Aquello mismo.*
Monoclonos, species quædam herbæ Artemisiæ. *Diosc.*
Monocolos, a, on, interp. unimembris.
Monocolon carmen, quod constat uno genere versus.
Monocolus, i. *El tuerto de un ojo,* potiùs unocolus, i.
Monochordum. *Monacordio en la musica.* Cal.

Mo-

Monodia, intefp. lugubris cantus, qui Nævia.
Monodus, qui lugubris, & solus canit. *Isid.*
Monodus, ontis, interp. unum habens dentem.
Monogamus, i, pen. cor. *El cazado una vez con virgen.*
Monogamia, æ, pen. cor. *Aquel casamiento una vez.*
Monogenion, herba quædam. *Diosc.*
Monogramus, i, homo dicitur macilentus, & tenuis.
Monohæmera, interp. res unius diei.
Monoides, Luna dicitur, cum ex nova unius diei.
Monologion, u, interp. termo unius rei.
Monomachia, *El desafio de uno por uno.*
Monomachus, i. *El que se desafia con uno.*
Monomeros, sive monoscelus, id est, unum habens crus.
Monometros, interp. unam habens mensuram.
Monophagia, æ, quotidiana comestio unius tantùm cibi.
Monophagus, gi, quotidianus comestor unius tantùm cibi: item solitariè comedens.
Monophthalmos, interp. luscus, a, um. Hisp. *El vizco, y tambien el que tiene menos un ojo.*
Monopodion, a, um. *Mesa, ó aparador de un pie.*
Monopola, æ. *El que concierta con otros en vender.*
Monopolium, ii. *Aquel concierto de vender solos.*
Monoptoton, nomen est quod flectitur uno modo.
Monops, opis, animal est, quod dicitur Bonasus.
Monosyllabus, a, um, dictio unam tantùm habens syllabam.
Monostichum carmen. *Un solo verso.*
Monostilon, interp. unius columnæ.
Monos, interp. solus. *Un solo, y señero.*
Monoxylion, u. *La canoa, nave de un madero.*
Monotropos. *Hombre solitario.*
Mons, montis. *El monte, ó altura de la tierra.*
Monstro, as, avi. *Demostrar como á la vista.*
Monstratio, onis. *Demostracion.* Terent.
Monstrator, ris. *El que demuestra, ó enseña.* Virg.
Monstrabilis, & le. *Cosa digna de ser mostrada.* Plin.
Monstruum, i. *El milagro, que significa algun mal.*
Monstrifer, a, um. *Cosa en aquella manera milagrosa.*
Monstrificus, a, um. *Cosa asi milagrosa.*
Monstrosus, sive monstruosus, a, um. *Lo mismo.*
Monstrosè, *adverb.* Hisp. *Milagrosamente, y contra natura.*
Monstrificè, idem quod *monstruosè.* Plin.
Montrositas, atis, pro eo quod est *monstrum.*
Montanus, a, um. *Cosa montañosa, ú del monte.*
Monticulus, dimin. ab eo quod est *mons, tis.*
Monticellus, i. dimin. quoque est à *monte.*
Monticola, æ. *Varon, ó muger, que mora en monte.*
Montigena, æ. *Cosa montesina.*
Montivagus, a, um, pen. cor. *Cosa que vaga por el monte.*
Montosus, sive montuosus, a, um. *Cosa de monte.*
Monumentum, i, sive monimentum, i. *La sepultura.*
Monumentum, i, sive monimentum *La memoria, ó recordacion.*
Monumentarius, a, um. *Cosa de sepultura, ó memoria.*
Monumentarii choraulæ, quid ad sepulchra canunt, apud Scythas.
Mora, æ. *La tardanza, y detenimiento.*
Mora vaticana, à Romanis vocatum fuisse fructum rubi. *Diosc.*
Moraciæ nuces, inquit *Fest.* pro eo quod est *duræ.*
Moralis, e. *Cosa perteneciente á costumbres.*
Moralitas, atis. *Sentido moral.* Macrob.
Moraliter, *adverb. Moral, y acostumbradamente.*
Moratus, a, um, à more. *Cosa bien acostumbrada.*
Moratus, a, um, partic. à moror, aris. *Tardar*
Moratus, us, sive moratio, onis. *Aquella tardanza.*
Maramentum, i. *Aquella misma tardanza.*
Morator, ris. *Tardador.* Livius.
Moratorius, a, um. *Cosa para tardar á otra.*
Moratim, *adverb.* pro eo quod est *cum mora.*
Morbus, i. *La dolencia, ó enfermedad.*
Morbus Regius, sive aurigo, inis. *La intericia*, & dicitur Arquetus, G. icteros.
Morbus caducus, sive Comitialis, *Lat.* Epilepsia. Hisp. *Gota coral.* Dicitur quoque Lunaticus morbus, & Herculeus, & morbus major.
Morbus Gallicus, postula est viridis, faciem deformans. *Mal de bubas.*
Morbus cardiacus. *Mal de corazon.*
Morbidus, a, um. *Cosa dolienta, ó enferma.*
Morbificus, a, um. *Cosa que hace, ó trae dolencia.*
Morbosus, a, um. *Cosa de mucha dolencia*
Mordax, acis, pen. prod. *Cosa que muerde, ó maldice.*
Mordacitas, atis. *Aquella obra de morder, ó maldecir.*
Mordaciter, *adverb. Mordiendo, ó maldiciendo.*
Mordeo, es momordi. *Morder, ó maldecir.* Item apud Cicer. *Afligir, y lastimar.*
Mordicibus, pro morsibus. *Plaut me mordicibus scindant.*
Mordico, as, dolorem affero, perende ac si morderem.
Mordicùs, sive mordicitùs, pen. cor. *adverb. A bocados.*
Morem genere alicui. *Obedecer á alguno.*
Moretum, i, pen. prod. *El almodrote, ó salsa semejante.*
Moribundus, a, um. *Cosa del todo muerta.*
Morior, eris, pen. cor. & iris, pen. prod. mortuus sum.
Morior. *Ahora es de la tercera conjugacion, y antiguamente de la quarta.*
Mori, in infinitivo, & moriri, Antiqui dicebant.
Morigeratio, onis. *Obediencia.*
Morigerus, a, um. *Cosa obediente á otra.*
Morigerator, oris. *El que obedece.* Sydon.
Morigeror, pen. cor. aris, pro eo, quod est. *Mortem gerere.* Hisp. *Obedecer, y complacer.*
Morio, onis, interp. stultus. *El bobo.*
Morion, gemma est. *Plin.* lib. 37. cap. 10.
Mormyra, æ, piscis maritus multicolor. *Plin.*
Morion, herba est eadem. *Plin.* lib. 25. cap. 13.
Moro, as, Antiqui dicebant, pro eo quod, *moror, aris.*
Morochthus, gemma est eadem, quæ molochthus, & moroxus.
Morachtus, &c. lapis Egipti, qua vestes dealbantur.
Morologus, gi. Hisp. *El que habla boberias.*
Moros, interp. stultus, sive insulsus.
Moros, interp. mors, ab eo quod anima à corpore dividatur.
Moror, aris, prima longa. *Hacer boberias.*
Moror, aris, prima brevi. *Retardarse.*
Moror, aris, prima brevi. *Retardar á otro*, cum Accusativo.
Morosycon, sive Sycomoros. G. Latinè, ficus Ægyptia.
Morosus, a, um. *Cosa intratable, y desamorada.*
Morositas, atis. *Aquella intratabilidad, y desamor.*
Morosè, *adverb. Intratable, y desamoradamente.*
Morosis vitium principalis animæ facultatis. *Calep.*
Morotes, & morosis. *Frenesi, y locura.*
Morphea, æ. *Los alvarazos, ó mudanza de color.*
Morphones, genus aquillæ. *Plin.* lib. 10. cap. 3.
Mors, mortis. *La muerte.* G. thanatos.
Morsicatim, *adverb. A bocados.*
Morsificantes oculi dicuntur venustissimi, qui quasi morsibus amantes dilacerant.
Morsico, as, *Morder*, dimin. à *mordeo, es.*
Morsiuncula, æ, dimin. à morsu. *El bocado.*
Morsus, us, id est, morsum, i. *El bocado, ó mordedura.*
Mortalis, e. *Cosa mortal, ó que puede morir.*
Mortales dicuntur homines à propria differentia.
Mortalitas, atis. *La mortandad, ó condicion de morir.*
Mortarium, ii. *El mortero para majar.*
Mortarium, ii. *El mortero de cal, y tierra, ó barro.*
Mortariolum, i. dimin. à mortario. *El mortero, ó morterete, que es tiro pequeño.*
Mortes, *Apul.* ad extremas, inquit, confecerunt mortes.
Morticinus, a. um. pen. prod. *Sin hacer diferencia, si viene de* Cabo, *ú de* Cædo. *Cosa mortecina de animal.*
Morticinium, ii. *Lo mortecino de animal muerto.*
Morticinus, a, um, quod *sua sponte mortuum est.* Varr.
Morticinus, à quibusdam, vulgò appellatur, *clavi morbus.*
Mortifico, as, avi. *Amortiguar, ó mortecer á otro.*
Mortificatio, onis. *Aquella obra de amortiguar.*
Mortifer, a, um, sive *mortiferus*, pen. cor. *Cosa matadora, ó que trae muerte.*

Mortualis, e. *Cosa perteneciente á mortuorio.*
Mortuus, a, um, particip. à morior. *Cosa muerta.*
Mortuo, dicitur verba facere, qui mortuum deplorat.
Mortuum flagellas, in eos dicitur, qui defunctos insectantur.
Mortuum flagellas, i, *frustra indisciplinabilem objurgas.*
Mortuum flumen, dicitur *Acheron*, qui apud Manes est.
Morula, æ, dimin. à mora. *La tardanza.*
Morus, i. *El moral, arbol.* G. Sycaminos.
Morum, i. *La fruta de este arbol.* G. Sycaminon.
Morum rubi. *La mora de la zarza.*
Mos, oris. *Costumbre indiferentemente.*
Moscheumatos, interpretari potest plantatio.
Mosceuton, est genus rosæ, è caule malvaceo nascens. *Plin.* lib. 2. cap. 4.
Mosculus, dimin. ab eo quod est *mos, moris.*
Moschos, u, interp. vitulus. *El becerro.*
Moschos, u. interp. quoque stolo, onis. *El pinpollo.*
Moschatula, pyra quædam, dicuntur, quæ odorem moschi referunt. *Sipont.*
Mosyne turris, vel lignea domus.
Mostellaria, comœdia *Plauti* est 10.
Motabilis, e. *Cosa que muchas veces se mueve.*
Motacilla, æ. *La pezpita, ó aguzanieve, ave nota.*
Motones, villissimi homines.
Motio, onis. *El movimiento, obra de mover.*
Motiuncula, æ, dimin. ab eo quod est *motio.*
Motito, as, frequent. ab eo quod est *moveo.*
Motivus, a, um. *Cosa que tiene potencia de mover.*
Motivum dicitur quod movetur, & non permanet. *Don.*
Moto, as, avi, frequentativum est, à *moveo, es.*
Motor, oris. *El movedor que mueve.*
Motorius, a, um. *Cosa perteneciente al movedor.*
Motus, us. *El movimiento, obra de mover.*
Motus, a, um, particip. à moveo, es. *La cosa movida.*
Moveo, es, vi, motum. *Mover alguna cosa.* Activum.
Moveo, es, movi. *Moverse.* Absolutum.
Mox, *adverb.* pro *deindè aut paulò post.*

M ANTE U.

Mu, vox est brutorum, atque boum maximè. *Plaut. in Cæco.*
Muceo, es, vel macesco, is, mucui. *Enmohecerse.*
Mucesco, is, vino proprium esse inter liquores autumat. *Plin.*
Mucidus, a, um. *Cosa mohienta, ó mohosa.*
Mucosus, a, um. *Cosa mohosa, ó mocosa.*
Mucor, oris. *El moho*, qui G. Milla.
Muco, onis, piscis, qui ab *Arist.* dicitur, Myxon.
Mucula, gemma est Persis, qui G. Telicardios, *Plin.*
Mucro, ensis, gladius, synonyma sunt. *Priscianus.*
Mucro, onis. *La punta de qualquier cosa aguda.*
Mucronatus, a, um. *Cosa de aquella punta.*
Mucus, ci. *El moco, humor de las narices.*
Mugil, sive mugilis, piscis est, qui G. Cephalos.
Mugilatus. Hisp. *Pege golondrino, ó milano, ó rondo, como le llaman en Roma.* Sed Rondeletius dubitat.
Mugilis, pœna erat in adulterio deprehensorum.
Muginari, nugari, ac tardè conari.
Mugior, pen. cor. aris, atus. *Murmurar, ó bobear.*
Muginatores dicuntur murmuratores, &c.
Mugio, is, mugivi. *Bramar el buey, ó vaca.*
Mugitus, us, pen. prod. *El bramido del buey, ó vaca.*
Mula, æ. *La mula, animal domestico, y manso.*
Mula Syria. *Un animal bravo, y fiero.*
Muralis, e. *Cosa perteneciente á mulo, ó mula.*
Mulceo, es, mulsi, mulsum. *Alhagar.*
Mulcedo, inis *El alhago, obra de alhagar.*
Mulcta, æ, vel multa, æ. *La pena que se pone en dinero.*
Mulctatitia pecunia. *La pena pecuniaria.*
Aidona, uxor Regis Zetæ, Itilium filium per errorem nocte interfecit. *Ovid. Metam.*
Aidoneus, Molosiæ Rex.
Aidoneus, *Pluto.* inferorum Rex appellatus est. *Euseb.*
Aidoneus Hyberneus multa præclare scripsit *Possevinus* in apparatu sacro.
Ailan, civitas in recessu sinus Arabici sita.
Ailanites, sinus juxta Egram Arabiæ civitatem. *Steph.*
Aina, civitas est in Arabia Fœlici. *Ptol.*
Aion civitas Tribus Judæ, 4. *Reg.* 15.
Aio, filius Arichis Ducis Beneventi.
Aiullius, Latinus, homo nequam, *Cic. pro Cluentio.*
Aius, deus à Romanis dictus, eo quod ajebat. *Cic. lib.* 2. *de Divin. Livius* vocat *Locutium.*

A ANTE L.

Alaba, civit. est Hispaniæ citerioris. *Plin.* & *Ptol.*
Alabana, civitas Æthiopiæ.
Alabanda, civitas celeberrima in Caria *Plin.*
Alabandi, & Alabandenses, populi ab ea sic dicti.
Alabande, Joniæ civitas Apollonio Rhetore nobilis.
Alabandes, cives oppidi prædicti dicuntur.
Alabandus, Deus Alabandorum. *Cic.* 3. *de. Nat. Deor.*
Alabenses, populi Hisp. conventus Carthaginensis.
Alabastra, urbs Phrygiæ, ubi lapis Alabaster invenitur. *Steph.*
Alabastrum, mons Ægypti. *Plin.*
Alabastrum, oppidum Theabaidis in Ægypto.
Alabastrus; fluvius est Æolidis regionis. *Plin.*
Alabona, opp. Hispaniæ citerioris. *Ptol.*
Alaburion, oppidum Syriæ. *Steph.*
Alays, fluvius est ex præcipuis Siciliæ. *Ptol.*
Alachroæ, qui Lotophagi, populi inter Syrtes.

Aiæ, arum, urbs Sycilia. *Hermolao.*
Alalcomenion, urbs Bœotiæ, ab Alalcomenon conditore, qui & Minervam, Alalcomenidem consecravit. *Steph.*
Alalia, urbs ins. Cyrini, vel Corsicæ. *Herod.*
Alalis, civit. est Syriæ ad Euphratem fluvium.
Alamanes, statuarius Atheniensis. *Plin.*
Alamani, populi Germaniæ vicini. *Steph.*
Alamata, civitas Syriæ juxta Euphratem.
Alamus, civitas Albaniæ. *Ptol.*
Alania, Regio est Scythiæ Europææ.
Alani, dicti sunt ejus regionis incolæ. *Plin.*
Alanorsi, populi Scythiæ ad Septentrionem. *Atol.*
Alante, urbs est Arcadiæ, quam *Plinius* Alancium vocat.
Alanus, pen. prod. Scythiæ fluvius. *Plin.*
Alanus, mons Sarmatiæ. *Steph.*
Alapeni, populi in Arabia Fœlici. *Ptol.*
Alaricos, nomen Gothorum Regis, qui Romam destruxit.
Alaricus, alius Gothorum Rex, qui Romam quoque cepit.
Alarodii, populi circa Pontum. *Herod.* lib. 3.
Alastigi, Hispan. populi *Steph.*
Alastor, unus ex inferorum equis.
Alata, civitas in Arabia Fœlici. *Ptol.*
Alata, civitas etiam in Arabia deserta. *Ptol.*
Alata castra, Scotiæ Metropolis, civitas Regia, alio nomine Castra puellarum. Vulgò *Edimbourg.*
Alatium, opp. Hierapolis, quod & Elatium. *Herm.*
Alatii, ab Alatio oppid. *Herm.*
Alatrium, urbs Hernicorum, Hernicos autem nunc Campaniam, vocant *Volat.* Vulgò *Alatro, en Campania de Roma.*
Alatrinates, Hernicorum populi. *Liv.* 1. *Decad.* lib. 9.
Alava, civitas Corsicæ insulæ. *Ptol.*
Alava, nomen fluminis Daciæ. *Ptol.*
Alavon, oppidum Hisp. *Ptol.*
Alavona, oppidum est etiam Illyrici. *Ptol.*
Alauna, opp. est etiam in Illirici. *Ptol.*
Alauna, opp. est Britaniæ insulæ. *Ptol.*
Alauni, duo fluvii ejusdem nominis in Britania.
Alaunos, mons est Sarmatię Europææ. *Ptol.*
Alauni. pop. sunt in norica regione.
Alauni, pop. sunt Scythiæ regionis. *Ptol.*
Alavorsi, vel Alanorsi, populi ad Septentrionem ultimi.
Alazia, civitas fuit Amazonum deserta.
Alazones, populi sunt Asiæ, Albanis finitimi.
Alazon, vel Alazonius, fluvius est ejusdem regionis.
Alba, Dea est, quæ & Albuna dicitur. *Cic.*
Alba Sylvius, Latini Sylvii fuit filius.
Alba fuit urbs in Latio ab Ascanio condita.
Alba Pompeja, civitas in Gallia Togata. *Plin.* Vulgò *Alba.*
Albenses, dicuntur ab Alba Pompeja, & non Albani
Albani Latii ab Alba sua dixere. *Virg.*
Alba Dardania, à Dardanis condita. *Stat.*
Alba Iliaca, quia ab eis, qui ex Ilio erant, condita.
Alba Trojana, eo quod à Trojanis condita.
Albanus, mons ab Alba Latii urbe, undè Albani patres.
Albanum, forum Capuæ fuisse. *Val. Max.* tradit. Albanus, lacus juxta Albam. Vulgò *Lago de Castel Galgolia.*
Albaneæ columnæ. *Quint.* lib. 58.
Alba tertia, post longam Albam olim Taurorum, & Belgradum & Nonderalba vocata, nunc *Alba Græca.* Vul. *Grebem Weissemburg.*
Alba, regalis civitas Hungariæ, ubi ejus Reges ungi, & coronari solent. Vulgo *Stulvissemburg.*
Alba, urbs Hispaniæ, quæ & Virgao. *Plin.*
Alba Helvorum, urbs Galliæ Narvonensis. *Plin.*
Alba, fluv. Hisp. *Plin.* lib. 3. cap. 3.
Alba acta, promontorium Ægipti, quod *Acta alba.*
Albana, urbs Fœlicis Arabiæ. *Ptol.*
Albana, civitas Metropoli Albaniæ.
Albania regio Orientalis inter Colchon, & Armeniam. Vulg. *Serva.*
Albania, alter est, quæ inter Ilyricum, & Macedoniam sitam, in qua urbs Dyrrhacium.
Albania, regio in Oriente à colore populi vocata, quia alba crine nascuntur.
Albanus, fluvius est Albaniæ regionis.
Albanorum linguæ 26. & totidem Reges. *Strab.*
Albani fuere sub Imperio Persarum, Macedonum, deinde Romanorum.
Albanus, Italiæ mons, ubi se continere solebat Gerion.
Albanus, Tyranus fuit Sirus Albaniæ Rex.
Albanus est Macedoniæ civitas, undè Albani populi in Macedonia. *Ptol.*
Albanus, urbs majoris Armeniæ, ubi Sanctus Bartolomæus fuit decoriatus.
Albanæ Pilæ, ponuntur *Ptol.* in Sarmatia Asiæ.
Albas, fluvius Lyberis. *Steph.*
Albatenius, primus Galeni libros in Arabum convertit idioma, teste Joan. Serapione. Idem scripsit comment. in *Aristotelem.*
Albi, montes Cretæ insulæ, locus ubi non pluit.
Albia, regiuncula quædam Galliæ.
Albia fluvius Bohemiæ in Oceanum Germanicum fluens.
Albiana, civitas Corsicæ insulæ. *Ptol.*
Albici, pop. Masiliensibus vicini. *Cæsar.*
Albienses, vide supra Albici.
Albii, pop. sunt Galliæ Lugdunensis.
Albii montes Alpes dicti.
Albigaunum Liguriæ urbs. *Ptol.* Hodie. *Albenga.*
Albimilium, Liguriæ urbs, quæ etiam Vintimilium. Vulgò. *Vintimiglia.*
Albinga, Ligurum colonia ad mare deducta.
Albingaunium, & Albigaunum, & Albium Intemelium, Liguriæ oppida quædam, cum Ligures partium Ingauni partim Intemelii dicerentur.
L. Albini, duo Numii filii referuntur inter Orat. *Cic.*
Albinobanus, pen. prod. cognomen Celsi cujusdam ex familiaribus. *Horatii.*
A. Postumius Albinus, qui Consul cum Lucullo fuit, res Romanas sermone Græco scripsit.
Albius, nomen Imperatoris Romani, dictus quod contra puerorum consuetudinem exceptus sit utero candidissimus.
Albion, insula Britaniæ dicta ab Albis rupibus. Vulgó. *Anglia.*
Albion, & Bergion Gigantes, fuere filii Neptuni, ab Hercule interfecti. *Mela.*
Albi, fluvius Germaniæ celebratis. Vulgò. *Elba.*
Albium, opp. Ligusticum. *Ptol.* & *Plin.*
Albium, oppidum Longobardiæ.
Albius, viri proprium nomen apud *Horat.*
Albius Tibulus, Poëta Elegiographus, cujus vitam descripsit. *Petrus Crinitus.*
Albius Tribullus, nomen proprium viri divitis apud *Horat.*
Albius, mons in Alpibus, undè oritur Calapis.
Albonenses, populi sunt Illyrici. *Plin.*
Albucilla, mulier multorum amoribus famosa. *Corn. Tacit.*
Albula, fluvius Italiæ ex Appennino Romam fluens, ab albo colore sic dictus. Nunc autem Tyberis. Vulgò *Tiber.*
Albula, aqua quædam in agro Tyburtino, quæ vulneribus medetur. *Strab.*
Albulæ, aquę frigidę, non longè ab urbe Roma.
Albulates, fluvius in quinta Italię regione. *Plin.*
Album, promontorium Africę. *Plin. in Prœmio* lib. 3.
Album, promontorium in Phœnic. *Plin.* lib. 5. cap. 19.
Albuna, nomen proprium decimę sibyllę.
Albunea, nomen montis, & sylvę in Tyburtinis montibus. *Virg.* lib. 6. *Æneida.*
Alburnus, Lucanię mons à *candore verticis* dictus, *Plin. Virg.* est portus ejusdem nominis apud Lucaniam.
Alburnus, nomen piscis apud Ausonium in Masella.
Albutinus, declamator nobilis tempore Senecę.
Albutius Silus, Novariensis orator, de quo *Sueton. Tranq.*

Al-

Albutius, avarus, & elegans conviviorum apparator.
Alcæus, Poëta Lyricus Atheniensis primus. *Suid.*
Alcæus Mitylenæus, Poëta Lyricus, qui fabulas 10. docuit, *Suid.*
Alcæus, avus Herculis, à quo idem Alcides dictus.
Alcæus Omphales & Herculis filius. *Domi Cald.*
Alcamenes, vir statuarius Phidię discipulus. *Quint.*
Alcander, unus è comitibus Sarpedonis Licię Regis.
Alcandrus, fluvius propè Tarentum in Italia.
Alcanor, viri proprium, de quo *Virg.* lib. 10. *Æneid.*
Alcathoe, urbs in Attica, quę posteà Megara *Ovid.* in Metam.
Alcathous, Pelopis filius, à quo urbs Alcathoe.
Alcathous alius, fuit Trojanus ab Idomeneo occisus.
Alce, fœminę meretricis proprium nomen. *Gel.* l. 4. c. 11.
Alce, unus ex canibus Atęonis. *Ovid.*
Alce, ferę nomen apud *Cæsar. in Com.* lib. 6.
Alce, urbs Hispaniæ, quam Gracchus ad deditionem compulit.
Alcenor, vir fuit Argivus, teste *Herodoto.*
Alces, Bythiniæ fluvius. *Plin.* lib. 5. cap. ult.
Alcestes, fuit uxor Admeti Regis Thessaliæ.
Alceta, Rex quidam Macedoniæ.
Alceta, unus ex Melosiæ Regibus.
Alceta, Tharypi filius, à quo in Pyrrhum, usque Achillis filium, 15. generationes sunt. *Pausan.*
Alchidas, proprium viri Rhodinæ insulæ, qui visa Cupidinis imagine, ejus amore captus est. *Plin.* lib. 36. cap. 5.
Alchione, mons est Macedoniæ. *Plin.*
Alchippe, Marsorum in Italia oppidum. *Plin.*
Alcibiades, nomen Atheniensis, Imperatoris summi qui Socratis persuasu libidinosam deserens, probam vitam amplexus est. *Plutarch.*
Alcida, proprium monstri, cui Pallas vitam ademit.
Alcidamas, luctator insignis. *Strat.* lib. 10. *Thez.*
Alcidamas Eleates, Philosophus, scripsit de Musica.
Alcidamus, Rhetor antiquus, qui mortis laudationem scripsit, auctore *Cic. in Tusc.* lib. 1.
Alcides, cognomen Herculis, ab Alcęo avo paterno.
Alcimachus, pictor nobilis. *Plin.* lib. 35. cap. 11.
Alcimede, pen. cor. Phylaci filia.
Alcimede, uxor fuit Æsonis, & Jasonis mater.
Arcimedon, nomen proprium nobilis artificis cęlatoris.
Alcigedes Poëta tragicus Megariensis. *Suid.*
Alcimœnis, oppidum Germaniæ. *Ptol.*
Alcimus, Lydię Rex. *Cælius.*
Alcimus, orator omnium, qui in Gręcia tunc florebant eminentissimus. *Diog. Laërt.*
Alcimus puer. *Mart.* lib. 1. *Epig.*
Alcinous, Rex Phæacum in Corcyra insula justissimus.
Alcinous, Philosophus Platonicus, qui epitome composuit, Decretorum Platonis.
Alcion Medicus, de quo *Josephus in Antiquit.*
Alciphron Magnesius, Alexandri temporibus Philosophus.
Alcippe, Martis filia de qua vide *Pausam. in Attic.*
Alcippe, mulier, quę Elephantem peperit. *Plin.*
Alcippe, nomen est rusticę mulieris. *Theocr.*
Alcippus, Lacedæmonius vir. *Plutarc.* celebris.
Alcisthene, pictricis nomen. *Plin.* lib. 35. cap. 11.
Alcisthenes Sybarita præ deliciis vestem hujusmodi Reipub. composuit, quæ Carthaginensibus 120. talentis fuit *Steph. Nig.*
Alcithoe, mulier Thebana in vespertilionem, ejusque telas in hederam, & vitem à Baccho versa. *Ovid.* 4 *Metam.*
Alcmęon, Amphiarai vatis, & Eriphyles filius, qui matrem interfecit.
Alcmęon, Crotoniates Philosophus, Pythagoræ auditor.
Alcman, Poëta Lyricus, carminis amatorii inventor.
Alcmena Electrionis, & Lysidices filia. *Ovid.*
Alcmenia, Cariæ Mediterraneę *Steph.*
Alcmenes, nomen statuarii, qui dicitur, & *Alcmenes.*
Alcomene, civit. in Ithaca insula. *Steph.*
Alcomeneus, Ulysses à patria Alcomene sic dictus.
Alcon, faber argentarius, Mileus à patria dictus.
Alcon, Cretensis sagitarius, Erichthei Atheniensium Regis filius.
Alcuinus Albinus Hibernus, Caroli Magni pręceptor.
Alcyone, pen. cor. una Plejadum ex Atlonte, & Plejone nata.
Alcyone, uxor Ceycis Thachinię Regis in avem sui nominis versa. *Ovid.*
Alcyone, Eveni fluv. filia, ante Marpessa dicta.
Alcyoneus, vel Alcynœus, Antigoni filius. *Diog. Laërt.*
Alcyoneus, Gigantis nomen. *Claud.*
Alecta, civitas in Dalmatia. *Ptol.*
Alea, opp. Conacię in Hybernia, ac sedes olim Episcopalis.
Alea, prima cor. urbs Arcadię ab Aleo conditore nominata.
Alea, prima quoque correcta, Minervę cognomen, quę circa urbem Aleam colebatur. *Herod.* lib. 1.
Albecerri, Galię Narbonensis populi. *Plin.*
Alebas, bę, viri proprium, de quo *Ovid.*
Alecto, una è tribus Furiis infernalibus. *Virg.*
Alector, filius fuit Anaxagorę *Volater.*
Alectrion, unus ex Martis familiaribus.
Alegenor, unus filiorum Boethi, quatuor enim fuere. *Diod.* l. 5.
Alejus campus, locus est Lycię, in quem recidit Bellerophontes. *Cæl. Rhod.*
Alele, Plazaniorum urbs in Africa. *Plin.* lib. 5. cap. 5.
Alemanus, pen. prod. Germanię fluvius apud Rysios in Suevia originem à *Rubro castro* trahens. Vulg. *Wersmul.*
Alemani, sunt Germani dicti à Magno Teutoniis Dei filio. *Sid. Appol.*
Alemani, aliter vocantur Teutones, Teutoni, et Tuutonici, ab eorum deo Teutone.
Alemania, regio Alemanorum. *Claud.*
Alemusii, Atticę populi. *Pausan.* in Attica.
Aleo, unus è tertiis Dioscuris. *Cic.* lib. 3. de Nat. Deor.
Aleon, opp. Joniae propè Mimanta montem.
Aleon, fluvius. *Plin.* lib. 5. cap. 29.
Aleopetra, insula in Maeotide. *Calep.*
Aleria, Colinia Romanorum in Corsica. *Plin.* lib. 3. cap. 6.
Alesia, civitas est Siciliae, *Ptol.* hinc. *Alesinus, a, um.*
Alesia, civitas Galiae, sive *Alexia* Caesari.
Alesium, locus ad Amphilochidem proximus. *Strab.*
Alesium, opp. Peloponnesi ab *Alesio* Silleantis filio.
Alesius, campus in Epiro, & mare Alesium, promontorium, & fluvius. *Volat.*
Alesius, mons Arcadiae propè Mantineam. *Paus.*
Alesum, opp. est in German. *Ptol.*
Alesus nomen viri proprium.
Aletes, fluv. Lucaniae. *Cic.* in Epist.
Aletenius, mons Cariae. *Plin.*
Aleterna oppidum Italiae. *Plaut.* in Captivis.
Alethes nomen viri Trojani. *Virg. Æneid.* 1.
Alaetium opp. Salentinorum in Italia. *Ptol.* Vulg. *Leze, en tierra de Otranto.*
Aletini, Salentinorum pop. ab Aletio. *Plin.* lib. 3. cap. 11.
Aletrinates, Italiae populi, qui Aletrini. *Plin.*
Alevatium, opp. Siciliae, quod *Ptol.* Alontium. Vulg. *S. Angelo.*
Aleus, Jovis cognomen.
Aleus, fluv. Siciliae, & tribus quaedam, sive locus in Chronico: ita dictus ab Alentio quodam Rege. *Steph.*
Aleus, Ariphiantis filius, qui Minervae Templum condidit. *Paus.*
Alex, ecis, fluv. Italiae. *Strab.* aliàs Ales, itis.
Alexamenus, Ætolus, Nabidis Tyranni Lacedemonii interfector. *Liv.*
Alexander Pon. Rom. ann. 1019.
Alexander II. Pont. Rom. ann. 1061.
Alexander III. Pont. Rom. ann. 1069.
Alexander IV. Pont Rom. ann. 1254.
Alexander V. Pont. Rom. ann. 1409.
Alexander VI. Pont. Rom. ann. 1492.
Alexander VII. Pont. Rom. ann. 1655.
Alexander VIII. Pont. Rom. ann. 1689.
Alexander Severus, Romanorum Imperator prudentissimus.
Alexander, Paridis nomen.
Alexander Aprodisaeus, sub Severo, & Antonio Philoso-

sophiam professus, primus omnium Aristotelem antè à viris doctis magis laudatum, quam intellcteum, commentariis enrravit.
Alexander, Ætolus Poëta egregius. *Macrob.*
Alexander Ephesius, historiam de rebus cœlestibus carmine scripsit. *Strab.* lib. 14.
Alexander Grammaticus, 24. volumina de varia historia, sive materia scripsit. *Herm.*
Alexander è Seleucia Siciliȩ cognominatus, docuit Romȩ, & Athenis. *Volat.*
Alexander Macedo, cui Magni nomen ex rebus actis, & auctis inditum, Philippi Macedonum Regis, & Olimpiadis filius, cujus gesta multi prȩter Plutarchum apud Grȩcos, scripsere, apud Latinos *Quint. Curc.*
Alexander, alius Asiȩ, & Syriȩ Rex, dictus Balam.
Alexander Judæorum Rex, Thyanæus dictus.
Alexander Phereus, de quo multa *Cic.* in 2. Offic.
Alexander Melesius Polystor Romæ docuit. *Volat.*
Alexandra, quæ & Cassand. Priami filia, ac vates. *Vol.*
Alexandra, Alexandri Judæorum Regis uxor. *Egesippo.*
Alexandria, urbs Ægypti non longe à Nili ostio ab Alexandro condita, à Turcis vulgò dicitur Scanderia.
Alexandria, Troadis urbs á Alexandro in Asia condita.
Alexandria, ab Alexandro in Scythia super Tanaim condita.
Alexandria, urbs Liguriæ ab Alexandro Pontifice condita.
Alexandria, Ariorum cognominata, quam præterfluit Arius fluvius. *Plin.* lib. 6. cap. 13.
Alexandria statio, civit Ægypti in Hammoniaca regione.
Alexandria, nomen est Agonis. *Strab.* lib. 14.
Alexandrinus, a, um, res ad Alexandriam attinens.
Alexandrium, opp. Judææ munitissimum. *Joseph.*
Alexandropolis Parthorum civitas, ab Alexandro Magno condita. *Plin.* lib. 6. cap. 25.
Alex, fluv. est Italiæ. *Strab.* Alesso in Calabria.
Alexia, Ptol. Regiacum, Celticæ Metrop. Vulg. *Arras.*
Alexia, aliis est oppidum Burgundiæ.
Alexio medicus Cic. familiaris, cujus meminit idem *Cic.* ad Attic.
Alexis, Pollionis famulus à Virg. multum adamatus.
Alexis Thutius, qui prius Sybaris Poëtas comicus.
Alexis, statuarius nobilis, Polycreti discipulus.
Alexis amanuensis Attici. *Cic.* ad Attic. 7.
Alfaterni, Æquiculorum gens Italiæ, quæ interiit.
Algidum Italiæ opp. propè Tusculum. *Roca del Papa á doce millas de Roma.* Volat.
Algidus, pen. cor. mons haud longè ab urbe Rom. in quo est Algidum oppidum, à quo Sylva Algida dicta est latrociniis incolarum accommodata. *Horat.*
Aliæu, insulæ in mari Ætiophico. *Plin.* lib. 6. cap. 29.
Alia, vel alia fluvius est Italiæ.
Aliardi, opp. sunt Africæ *Ptol.*
Aliartum, Bœotiæ opp. à Lucretio expugnatum.
Aliba, apud Homerum, quȩ posteà Calyba fuit.
Alibacha, opp. Cyrenaicæ Mediterraneum.
Alicarnossos, sive Alicarnassus civ. Cariæ Vulgò *Mesi.*
Alidraca, oppidum est Mediæ. *Ptol.*
Alida, opp. Cariæ, quod aliis Alinda. *Steph.*
Alisa Samnitum urbs, quæ hodie Alifa. *Ptol.*
Aligmon, onis, nomen fluvii. *Claud.*
Aligurinus, Cæsaris familiaris. *Cic.* in Epist.
Alimus, untis, pars tribus Leontidis in Attica. *Steph.*
Alimala, regio Lybiæ. *Steph.*
Alinata, locus in Lycia *Steph.*
Alinda, urbs conventus Alabandici in Caria.
Alindoja, Macedoniæ urbs.
Alinza, aquæ, & Orosa, opp. Mediæ ponitur à *Ptol.*
Aliphe, Samnitum urbs, undè *Aliphanus, a, um.*
Aliphirei, populi Arcadiæ ab Aliphira opp. *Plin.*
Aliptes, nomen fontis apud Ephesum.
Alis, fluv. est Galybum, & Galatiæ regionis.
Alisarna, urbs Troadis. *Steph.*
Alisdara, oppidum in regione Media. *Ptol.*
Alisios, civitas Peloponnesi ab Homero celebrata.
Alista insulæ Corsicæ urbs. *Ptol.* Vulgò *Amasa.*
Alistus, oppid. Germaniȩ in tractu maritimo Saxoniȩ. *Ptol.*
Alisum, pen. prod. opp. in Septentrionali plaga Germaniæ.
Alitambi, populi in Mysia inferiori. *Ptol.*
Alites, pop. adjacentes plagæ Atticȩ. *Suid.*
Alizones, populi minoris Asiæ *Steph.*
Alyzia, civitas Acarnaniæ, 11. pass. millib. à mari.
Allaria, pop. insulæ Corsicæ. *Steph.*
Allante, es, vel *Allans, allantis,* opp. Macedoniæ, & Arcadiȩ, quod, & *Allantium* dicitur, & *Allanteum,* undè *Allantius,* & *Allanteus* gentile, & *Allantenses.* Plin. l. 4. c. 10.
Allaria, sive Alloria, urbs Cretæ. *Steph.*
Alliæ, fluv. qui à Crustuminiis montibus præalto defluens alveo Tyberino amni miscetur. *Rio de Moso á 40 millas de Roma.*
Allida, civitas Mediterranea Mysiȩ majoris.
Allienus, ni, viri proprium Syciliȩ Prȩtoris sub Cȩsare. *Hist.*
Allium, urbs inter Pyrgum, & Ostiam.
Allobroges, populi Galliæ juxta Rhodanum, nunc *Sabaudienses, & Delphinates.* Ptol.
Alloria, civitas Cretæ. *Steph.*
Allotriges, populi ad Septentrionale littus Hispaniæ. *Strab.*
Almedessos opp. Traciæ. *Plin.* lib. 4. cap. 11.
Almena, opp. Africæ, propè Adrumentum.
Almene, civitas ad Pontum Euxinum. *Steph.*
Almo, fluv. Romæ vicinus, apud quem Romani olim sacra Cybeles faciebant. *Luc.* & *Ovid.*
Almon, opp. Thessaliæ. *Plin.* lib. 4. cap. 8.
Almon, nomen viri proprium est. *Virg.* 7. *Æneid.*
Almopia, Macedoniæ pars Almope gigante. *Steph.*
Almops, Neptuni, & Athamantidos Helles filius, à quo Macedoniæ pars Almopia.
Almus, Sysiphi filius. *Paus.* in Attica.
Almira, opp. Ægypti in Mareotica præfectura.
Alociæ, tres insulȩ Germaniæ ejusdem nominis.
Aloeus, titaniæ, & terræ filius.
Aloide, dicti sunt Aloei filii, Othus, & Ephialtes.
Alogiani, hȩretici fuerunt, sic vocati tamquam *sine verbo.*
Aloin, civitas Thessaliȩ. *Steph.*
Alona, sive Alone, fluv. est Hisp. citerioris.
Alone, urbs Hisp. Tarraconen. Vulgò *Alicante.*
Alone, insula inter Lebedum, & Teon. repentè enata.
Alonesus, urbis, & insulæ nomen. *Strab.* lib. 9.
Aloni, pop. Gordyæis juncti. *Plin.* lib. 6. cap. 26.
Alonia, oppidum Conaciæ in Hybernia.
Alonis, insula, & civitas Masiliæ. *Steph.*
Alontes, fluv. in Sarmatia Asiatica. *Ptol.*
Alontigiceli populi. Hisp. Bæticæ.
Alontium, sive Aluntium, oppidum Siciliæ. *Ptol.*
Alopa civitas est Homero, quæ, & *Aliba.*
Alope, filia fuit Cercionis, ut dicit *Pausam. in Attic.*
Alope, opp. in ora. Locridis regionis.
Alope alia est Atticæ. alia Ponti, undè Pentesilea nata est tertia circa Eubœam, quarta circa Delphos, ex *Theocrit. Scolast. Steph.*
Alopece, insula est in Ponto Euxino. *Plin.*
Alopece, insula altera adjacens Smyrnæ.
Alopecia, insula Mygdorum hominum domicilium.
Alopeconnesus, insula propè Bosphorum Cimmerianum.
Alopeconnesus, urbs Asiæ ad Hellesponti Chersonesum sita.
Alopes civitas, quæ posteà Ephesus dicta.
Alorium, civitas Peloponnesi. *Strab.*
Aloros, Macedoniæ opp. propè Peneum fluvium.
Alos, opp. Thessaliæ ab Homero celebratum.
Alostici, populi Bæticæ in Hisp. *Plin.*
Alpes, montes excelsi separantes Italiam à Gallia, & Germania.
Alpes summæ in Leopontiis Cæl. Vulgò *Montes de S. Gothar.*
Alpes, à *candore nivium.* dicti sunt, quia perpetuis fere nivibus albescunt.
Alpinus, a, um, adject. ut Alpinæ gentes, & Alpini venti.
Al-

Alpesa, opp. Celticę regionis in Hisp. ulteriori. *Plin.*
Alphabucelis, opp. Marsorum in Italia.
Alphea, dicitur Diana.
Alphejas dicitur Aretusa, quasi Alpheum fugiens. *Ovid.*
Alphenus nomen est sutoris. *Horat.* in Serm. lib. 1.
Alphesibęa, proprium mulieris Phlegei fluminis filię *Propert.*
Alphesivos, Phlegei fluminis filia.
Alphœsibeus, pastor quidam. *Virg. Eglog.* 5.
Alpheus, nomen viri, & nomen fluv. Elidis, Arcadię.
Alphaeoniae Dianae templum locus est, ad Alphei fluminis ostium. *Strasb.* lib. 8.
Alpheus, pen. prod. fluv. Elidis Arcadiae civitat. Vulgò *Rofea.*
Alphion lacus in Pyrraca vitiligenes tollens. *Plin.*
Alphius, fœnerator apud *Orat. in Epod. Od.* 2.
Alphonsus, Siciliae Rex.
Alpinus, malus quidam Poëta, qui Menonis aurorae filii bella perperam descripsit. *Horat.*
Alsa fluvius Venetiae, praeterfluens Aquilejam. Vulgó *Ansa.*
Alsadamus, mons Syriæ in Bethania regione.
Alsium, urbs Tuscorum. *Ptol.* Vulgò *S. Severina,* aliis *Cori.*
Alsietini, opp. ab Alsio, undè aqua Alsietina.
Alsus, nomen est pastoris, *Virg. Æneid.* 12.
Alta, civitas Babyloniæ. *Ptol.*
Altanus, pen. prod. pelagi ventus ab alto denominatus genus venti, *sive* flatus è terra consurgens. *Viento que corre de la tierra á la mar.* Plin. lib. 2. cap. 43.
Altenius Cariæ mons *Alexand. ab Alex.* lib. 2. cap. 17.
Altea, Testii filia & Oenei Calcedoniæ Regis uxor, materque Tydei.
Altellus dictus est Romulus, quasi in *terra à lupa alitus,* vel quo *tellurem suam aleret.* Fest.
Altepus, Neptuni filius Ægyptorum Rex, à quo Ægytus Altepia terra est cognominata. *Cæl. Rhoder.* lib. 12.
Altilia, opp. Liguriæ, à Tranquillo commemoratum. *Vol.*
Altinum, opp. Venetiæ juxta Aquilejam Vulgò *Algona.*
Altinates, populi ab Altino. *Plin. Junior, lib.* 3. *Epist.*
Altis, lacus juxtam Olimpiam Jovi sacer.
Altius Juppiter dictus est ab alti Luco Jobi sacro. *Cæl. Rod.* lib. 13. cap. 17.
Altisiodorum, Galliæ urbs. Vulgò *Augerre. Es de Borgoña, á la ribera del rio Yona.*
Alvaca, civitas Mediæ. *Ptol.*
Alvanis, civitas Mesopotamiæ. *Ptol.*
Alvara, opp. Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Alverni, populi in Aquitania à Trojanis oriundi.
Alumeora, æ, pop. in Arabia Fœlici. *Ptol.*
Aluntium, sive Alontium civitas Siciliæ.
Aluntini, vel Alontini populi ejusdem civitatis.
Alvona, quæ & Albona, opp. Liburniæ *Ptol. Plin.* lib. 3. cap. 12. Vulgò *S. Angelo.*
Alusiæ, specus sacer in Thalamo Thuriæ monte, ab Alusio amne proximo cognominatus. *Jan. Par.*
Alutæ, populi Illyrici, inconventus Scardonitano. *Plin.* lib. 4. cap. 21.
Alutraenses Istriæ populi *Plin.* lib. 3. cap. 19.
Alyacmon, fluvius in Macedonia.
Alyatra, regio Bityiniæ. *Steph.*
Aliates, pater Cræsi Regis.
Alyba, regio est non procul à Mysia. *Hom.* 2. Iliad.
Alysius, Bacchus dicitur ab lyo, i, *solvo.* Cæl. lib. 7. c. 15.
Alysonii, pop. sunt. Scytiæ Asiaticæ. *Herod.* lib. 4.
Alyssos, fons est Arcadiæ in agro Cyrenensium.
Alyxothoe, pen. cor. filia Dymantis *Ovid.* lib. 11. Metam. ab Alyzo Icari filio dicta.
Alyzia, Acarnaniæ civitas ab Alayzo Icari filio dicta. *Strab.* lib. 10. & Steph.

A ANTE M.

Amaad, civitas Tribus Aser. *Josue.* 19.
Amacra, insula in sinu Carcinete. *Plin.*
Amacobii, populi Septentrionales propè Troglodytas.
Amadoca, orum, sive Amadoci, montes, & populi in Sarmatia Europæa. *Ptol.*
Amadriades, vide Hamadryades.
Amæa nomen Cereris.
Ameæ duæ civitatis in Arabia Fœlici. *Ptol.*
Amafanius, malus verborum interpres. *Cic.*
Amalchium mare, Oceani Septentrionalis portio, Scytarum lingua interp. congelatum. *Plin.*
Amalech, *hijo de Eliphàz, y de Tamna su concubina.* Gen. 39. à quo *Joseph.* lib. 9. cap. 1. *Paral.* 1.
Amalecytæ, gens Hebræorum *Steph.* Gen. 14. Reg. 30.
Amalech, filius fuit Ismaëlis, à quo *Amalechithæ* dicti Ismaëlitæ sunt Sarraceni. Hos appellat Josephus pugnaces, inhabitantes Goboch, vel Jabost. *Comest.* in cap. 1. Exod.
Amalthea, pen. prod. est nomen Sybillæ apud Tribullum. fuit & nutrix Jovis infantis.
Amaltheę cornu, idem est quod Copię cornu.
Amalthea, & Amaltheum, Cicero vocat Attici, Bibliothecam instructiss. *Cic. ad Attic. lib.* 18. *& lib. eodem epist.* 11. *ad finem.*
Amamassos, opp. Cypri insulae. *Plin.*
Amana, civit. est Medię. *Ptol.*
Amana, fluv. Damasci, qui & Albana dicitur. Est & mons Cilicię.
Amandra, regio ad Indum fluvium. *Plin.* lib. 6. cap. 20.
Amanides pylae, id est, portae montis Amani, in quas Amanus mons à tauro discendens desinit. *Strab.* lib. 14.
Amanoides, Ciliciae promontorium. *Pomp. Mela.*
Amates, populi Pannoniae inferioris, quae hodie Ungaris dicitur, qui & Amantini. *Plin.*
Amantia, civit. Macedoniae. *Plin.* & *Cic.*
Amanthes, pop. in Africa Troglodytis proximi. *Calep.*
Amantia, dicta est, quasi Abantia, eo quod Abantes ibi constiterint. *Volat.*
Amanum, portus Hispaniae citerioris, ubi nunc. *Flavi obriga Plin.* lib. 4. cap. 20.
Amanus, viri proprium. *Silius* lib. 7.
Amanus, Anaites, & Anandatus, Persarum sunt nomina. *Strab.* lib. 11. & lib. 15.
Amanus, portio est montis Tauri ad Ciliciam. *Ptol.*
Amanus, mons Syriam à Cilicia aquarum divortio dividit. *Cic. ad Attic.* & *Plin.*
Amanus, Apud Graecos, interp. insania. *Volat.*
Amara civitas Arabiae Fœlicis non procul à Mara Metropoli sita.
Amaracus, puer Cynarae Regis Cypri, unguentarius in sui nominis herbam versus. *Virg.* 1. *Æneid.*
Amaramis, nomen partis Moysis. *Josep.*
Amaranthi, Colchorum populi.
Amarbi populi in Scythico Oceano *Plin.*
Amardi, populi Hircaniae ad sinum Scythicum. *Strab.*
Amardus, Mediae fluvius est. *Ptol.*
Amariacae, duae urbes in Media cognomines.
Amariace, pop. Hyrcanis vicini latere Mediae.
Amarni, pop. sunt Hyrcanis contermini. *Strab.*
Amaryllis, pen. prod. nomen fuit rusticae, de qua *Virg.* & *Theochrit.*
Amarisia, seu Amarusia, Diana, templum Dianae in Amarintho Eubœae urbe.
Amaryntus, Epeorum Rex in Buprasio sepultus.
Amarynthus, fluv. in Alpheum labens. *Strab.*
Amarynthus, vicus Eubœae, juxta Eretriam.
Amarynthus Acaiae civitas non procul à Chalcide.
Amarynthus, opp. in Peloponneso.
Amasenus, fluv. Volscorum in Latio Amaseno. *Rio de Pipreno*
Amasenus, est etiam fluv. Siciliae. *Ovid.*
Amasia, Germaniae civit. est. *Ptol.* hodie *Marpurgium.*
Amasia, pen. prod. civit. Cappadociae Ponti Galatici.
Amasias, sive *Amasia,* sive *Amasius,* aut *Amisius,* fluv. est Germaniae. Vulgò *Ems.*
Amasinenses, populi ab Amasia superiori appellati.

Amasis, pen. prod. Rex Ægyptiorum, cujus tumulus fuit una pyramidum. *Lucan.* lib. 9.
Amasis, peditum Darii Dux contra Byrenenses.
Amastri populi circa Mœotim. *Plin.* lib. 6. cap. 7.
Amastriacus, a, um, adjectivum ab Amastri.
Amastris, uxor fuit Dionysii Heraclitæ tyranni.
Amastris, urbs Bithyniæ ab Amastri condita. Vulgò *Suyastro.*
Amastris, opp. Paphlagoniæ, quod olim *Sesanum.*
Amastrinus, a, um, ut amastrina buxus. *Strab.*
Amath, nomen filii Chanaan, qui Amathones instituit. *Joseph.*
Amata, pen. prod. uxor fuit Latini Regis, mater Laviniæ. *Virg.* lib. 2.
Amata, Virgo Vestalis.
Amatæ, populi Indiæ. *Plin.* lib. 6. cap. 20.
Amatha, orum, regio Arabiæ.
Amathæ, urbs Phœniciæ, & alia Siciliæ. *Steph.*
Amathea, Nympha, quasi per *arenam currens.*
Amathæi, Arabiæ, populi. *Plin.* lib. 6. cap. 22.
Amathi, pater Jonæ Prophetæ. 4. *Reg.* 14.
Amathus, fluv. Pylum urbem, Nestoris patriam præterfluens: à cujus nomine Pylos ipsa *Amatoesa* videtur appellari. *Strab.*
Amathus, cui Pater Acries Vener Amathusiæ templum in Cypro posuit. *Corn. Tacit.*
Amathus, pen. cor. thuntis, urbs est Cypri insulæ Veneri sacra. Undè tota insula Amathusia.
Amathus, sive Amathoëssa civitas Peloponnesi.
Amathunteus, a, um. pen. prod. ut amathunteæ bidentes.
Amathusii, Cipri sunt, ab Amathunte urbe.
Amathusia, insula mari Cilicio, quæ nunc Cyprus.
Amathodæ, populi sunt in Peloponneso. *Strab.*
Amatoria, dicta fuit una ex Musis, quæ Græcis Erato. *Ovid.*
Amara, Bithyniæ locus. *Steph.*
Amaxia, urbs Ciliciæ in colle sita, non procul ab Arsinoë, quæ cedris magna ex parte abundat.
Amaxitus, urbs Doridis. *Plin.* lib. 5. cap. 29.
Amaxitus, primus Trojadis locus deindè Cebrenia.
Amaxitus, alia inter Joniam, & Cariam regiones.
Amaxobii, populi inter Sarmathas, vide Hamaxobii.
Amazones, pen. cor. fœminæ inter Scythiæ bellatrices: sic dictæ, eo quod mammis careant.
Amazones, Septentrionem versus Gargarensibus finitimæ.
Amazones, aliæ fuere in Africa ob id Libicæ dictæ.
Amazonia illarum regio dicitur, & civitas Mesopiæ. *Strab.*
Amazonicus, vel Amaxonibus, Regio Cæsareæ.
Amazonium mare, ea Euxini maris pars, quæ ab Amazonibus occupata est.
Amazonicus, Tauri montis cognomen. *Plin.* lib. 5. cap. 1.
Amazonius, mons Cappadociæ, præter cujus radices Thermodoon amnis labitur. *Plin.* lib. 6. cap. 3.
Ambari, populi sunt Galliæ Lugdunensis. Cæsar.
Ambastæ, populi sunt Asiæ. *Ptol.*
Ambastrum, fluminis nomen in Asia. *Ptol.*
Ambasum, Metropolis Phrygum. *Steph.*
Ambatias, civitas Eubœæ, quod postea Carystos.
Ambe, civitas est Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Ambesotii, populi sunt Norici. *Ptol.*
Ambiani, seu Ambianenses, populi sunt Galliæ Belgicæ. *Ptol.* Vulgò *Los de Amiens.*
Ambidani, populi sunt Norici. *Ptol.*
Ambigatus, Galliæ Celticæ Rex, à cujus filiis Mediolanum condita. *Liv.* 1. *Decad.* lib. 5.
Ambalda, civit. Galaciæ, & Pisidię confinis.
Ambra, Rhetię, fluv. Vulgò *Amber.*
Ambracia, Epiri urbs est juxta Ateronem, fluv. Vulg. *Arta.*
Ambracius sinus, pars est maris Adriatici. Vulgò *Golfo de Arta.*
Ambracius, a, um, qui ex *Ambracia* est.
Ambraciotę sunt cives & incolę urbis Ambracię.
Ambracus, Epiri opp. diversum ab Ambracia. *Steph.*
Ambrodax, civitas est Parthię. *Ptol.*
Ambrones, gens est quędam Gallica, quę rapinis vectitabat.
Ambrosia, Dionysii festum.
Ambrosius, nomen proprium interp. *divinus, & immortalis.*
Ambrisus, pen. prod. opp. Phocidis, quod & Amphrisum. *Str.*
Ambrysus, alia civitas Bœotię regionis. *Steph.*
Ambrysus, urbs est quoque in Ætolia. *Steph.* lib. 9.
Ambrysus, fluv. Magnesiæ, alię scribunt Amphrysus.
Ambubaję, mulieres tibicinę Syrorum lingua dicuntur.
Ambulatri, Gallię Aquitanię populi. *Plin.* lib. 4. cap. 19.
Ambea, Cereris nomen. *Eras.* in Chil.
Amelei, insula adjacens Ætiopię sub Ægypto.
Amelas, Lycię opp. in Asia majori. *Plin.*
Amelius, Philosophus Apamiensis, Plonini discipulus, Porphyrii magister, Ammonii, & Origenis coœtaneus. *Suid.*
Amena, civitas est Medię. *Ptol.*
Amenanus, Catanę fluv. est. *Strab.*
Ametria, opp. Umbrię, patria Roscii Amerini, quem defendit Cic. Vulgò *Amelia.*
Amerini, populi sunt Umbrię ab *Ameria* dicti.
Ameria, oppidum est in regione Pontica.
America, regio ab Americo Vespuccio discooperta.
Ameriola, opp. in Latio. *Plin.* lib. 3. cap. 5.
Amestratus, urbs Sicilię. *Steph.*
Amestratini, Sicilię populi à Verre spoliati. *Cic.*
Amestris, una ex Persarum regionis.
Amicusia, insula in mari rubro. *Steph.*
Amilcar, dux Carthaginensis cognomento Rodo, facundia, solertiaque insignis. *Just.* lib. 21.
Amilcar cognomento Barcha, Annibalis pater, Pœnorum Dux ex Livio notissimus.
Amilcar, alius quem Livius dicit, L. Furium Prętorem Gallos inlubres rebellantes, & Amilcarem Pęnum in ea acie vicisse.
Amilus, amnis in saltibus Mauritanię. *Plin.* lib. 8. cap. 1. Est & urbs Arcadię.
Aminęa, regio juxta Falernum ferax vini optimi. *Virg.* l. 2. *Georg.*
Aminęum Italię opp. ubi sunt generosa vina. Salernum dicitur. *Ptol.* lib. 3.
Aminęus, a, um, vel potius Amineus, a, um, adject. à regione Aminęa.
Aminii, populi sunt propè Alpes. *Strab.*
Amipsias, Poëta comicus Atheniensis. *Volat.*
Amisius, fluvius est Germanię. *Plin.* lib. 4. cap. 14.
Amision, civitas Ponti nobilissima. Vulgò *Quinopoli.*
Amissus, Galacię urbs. *Ptol.*
Amita, opp. pediculorum propè Brundusium.
Amiterni, Sabinorum populi. *Plin.* lib. 3. cap. 11.
Amiternum, urbs Vestinorum in Italia. *Ptol.* lib. 3. cap. 8.
Amiternum, Campanię oppidum est. *Virg.*
Amithaon, pater Melampi vatis. *Stat.*
Amithoscuta, regio Arabię. *Plin.* lib. 6. cap. 28.
Amithinensis, Italię populi. *Plin.* lib. 3. cap. 5.
Ammonetus, insula Arabię. *Plin.* lib. 6. cap. 8.
Ammestare, civitas in Numidia. *Ptol.*
Ammocrisus, gemmę nomen. *Plin.* lib. 37. cap. 11.
Ammon, alii Hammon; dictus Juppiter ab Ammone quodam pastore, qui Jovi primùm in Libia templum ędificavit. *Pausan. Plin.* lib. 6. cap. 29. lib. 5. cap. 3. *Lucan.* 9. sunt qui dicant lingua Ægyptia *Ammon* Jovem dici.
Ammon dicitur Juppiter in specie arietis, sicut in Lybia colebatur. *Sipont.*
Ammon, pugil cęstibus. *Ovid.*
Ammon, 17. Judeorum Rex. *Joseph.* lib. 10. cap. 4.
Ammon, & Ammonaria apud Alexandrium sub Decio martyrio coronati sunt, quorum Ammon ex militibus fuit, Ammonaria ex nobilibus matronis. *Euseb.* lib. 6. cap. 29. & sequentibus.
Ammon, Genes. 19. *Hijo de Loth, de su hija menor.*
Ammon, Tabenensium pręsul, & Monachus, circiter tria discipulorum millia habuit. *Sozom.* lib. 8. c. 1. *Hist. Trip.*
Ammonia, mediterranea pars Lybię, & tota Lybia ab Ammone, id est, arena. *Steph.*
Ammonius Alexandrinus summus Philosophus, Origenis & Porphyrii coœtaneus. *Euseb. in Hist. Eccles.*
Ammonius Hermeus, Ægyptius Joann. Grammatici pręceptor.

Am-

Ammonius, alius qui asinum sapientiæ auditorem habuit. *Volat. Suid.*
Ammonia, civitas Cyrenaicæ regionis, quæ pentapolis dicitur.
Ammoniacus, a, um, ab Ammonia civitate. *Strab.*
Ammonium, promontorium est Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Ammia, civitas Lusitaniæ: unde Ammienses dicti.
Ammienses, populi Hisp. in Lusitania. *Plin.*
Ammisum, opp. fuit Cretæ insulæ. *Strab.*
Amnium, civitas est in Peloponneso. *Strab.*
Amnus, insulæ Dolicæ in Arabia fluvius. *Plin.*
Amolbus civitas magnetum, & alia Macedoniæ. *Steph.*
Amometus, sive Amonethus de Seribus privatim condidit volumen, sicut Hecatæus de Hyperboreis. *Plin.* lib. 6. c. 17.
Amonethus, insula Arabiæ.
Amorgos, una ex Sporadibus. *Plin.* Vulgò *Amurgo.*
Amorges. *Capitan del Rei Darío llamado asi, uno de los que murieron en Caria. Herodot.* lib. 5.
Amorium, civitas Pisidiæ, juxta Eumeniam.
Amoros, fluvius Sarmatiæ Europææ.
Amorrhæi. *Pueblos llamados asi de Amor, padre de Sichen: algunos dicen Monte de Galaad. Genes.* 5.
Ammothea, nomen proprium marinæ nymphæ.
Ampe, civitas ad mare Rubrum. *Steph.* & *Herod.* lib. 6.
Ampeloësa, opp. in Decapolitana regione, quæ Syriæ proxima est. *Plin.* lib. 5. cap. 18.
Ampela, civitas est in Creta insula. *Plin.* lib. 4. cap. 12.
Ampelos, opp. est Macedoniæ. *Plin.* lib. 4. cap. 10.
Ampelos, insula, seu promontorium in Samo ex adverso Drepani montis Icarii. *Strab.*
Ampelos, extrema civitas Chii insulæ.
Ampelos, nomen pueri à Baccho inter sidera relati. *Ovid.* 3. *Fast.*
Ampersulia, insula Tingæ.
Ampelusia. *Promontorio de Africa en Mauritana.* Promp. Vulgò *La punta de Alcazar.*
Amphapalia, locus est Cretæ. *Strab.*
Amphaxitides, Thessalonica, idem in eadem.
Amphaxitidis, Arethusa. *Ptol. in Macedonia.*
Amphe, insula quædam Cycladum.
Amphea, urbs Messenæ.
Amphelice, opp. Peloponnesi. *Hom.*
Amphiala, opp. est Atticæ. *Strab.* lib. 9.
Amphiaraus, pen. prod. Oëclei filius, & maritus Eriphyles.
Amphias Tarsius, ex hortulano potens factus. *Mac.*
Amphictyonis, commune concilium Græciæ. *Bud.*
Amphycirtos, Luna dicitur, cum in Solis triquetro semiambitur orbe. *Herm.*
Amphidamas, Busiridis filius ab Hercule occisus.
Amphidelis, oppidum Peloponnesi. *Strab.*
Amphidoi, civitas Triphylæ. *Steph.*
Amphigonia, civitas Peloponnesi. *Stat.*
Amphilocus, filius Amphiarai, & Eriphyles.
Amphylocus, Philosophus Atheniensis, qui de Agricultura scripsit.
Amphilochi, populi Epiri propè Athamantes.
Amphilochi, populi Galaciæ. *Just.*
Amphimachus, Dux quidam Græcus.
Amphimalis, sinus Cretæ insulæ. *Ptol.* Hodie, *S. Nicolaus* dicitur.
Amphimedon, unus ex Centauris. *Ovid.* 5. *Metam.*
Amphinome, Nympha à circumpascendo dicta.
Amphion, Jovis, & Antiopes filius, Musicæ inventor.
Amphionius, a, um, ut Amphionia lyra. *Propert.*
Amphion, Jasii filius, qui Thebas muro clausit.
Amphipygos, promontorium Corcyræ insulæ.
Amphipolis, oppidum Migdoniæ in Macedonia, Vulgò *Crysopoli.*
Amphipolis, opp. Syriæ ad Euphratem.
Amphirrhoe, Nympha Oceani filia. *Hesiod.*
Amphirrhoe Nympha ab *undecumque fluendo* dicta.
Amphisa, fluvius in Phocide, qui & *Amphryssus.*
Amphisa, Apollinis, & Macaris filia. *Lucan.*
Amphisa urbs, in Phocide ab Amphisa denominata. *Plaut.*
Amphisibæna, serpens viceps in Lybiæ desertis.
Amphiscii, populi sub Æquinoctiali.
Amphissa, urbs Locridis in Græcia.
Amphissene, regio minoris Armeniæ. *Steph.*
Amphistos, nomen proprium puellæ. *Tortellius.*
Amphistatus, pen. cor. statuarii nomen, apud *Plin.*
Amphithoe, Nymphæ nomen est, quasi *undequaque currens.*
Amphytrionades, Herculis nomen ab Amphytrione.
Amphitrito, Oceani, & Doridos filia, Neptuni uxor.
Amphitropæ, pars Antiochidos tribus. *Steph.*
Amphytrio, Princeps Thebanus, & Alcmenæ Herculis matris conjux.
Amphytus, & Thelechius, Castoris, & Pollicis aurigæ fuere.
Amphrysus, fluv. Thessaliæ, à Poëtis celebratus.
Amphrysus, fluv. in Phrygia reddens mulieres steriles:
Amphrysiacus, a, um, ut *Amphrysiacum gramen.*
Amphrysia, vates, Apollinia, de Sybilla Amphrisia.
Ampsa, Castellum Mauritaniæ in Africa.
Amsaga, fluv. Mauritaniæ Cæsariensis.
Ampsalis, civitas Sarmatiæ in Asia. *Ptol.* Hodie, *Alba sequia* dicitur.
Ampsani, populi sunt superioris Germaniæ.
Amphycus, Titanoris filius, Mopsi auguris pater. *Ovid.*
Amphycides, Mopsus Amphycii filius. *Ovid.* lib. 12. *Metam.*
Ampix, nomen viri proprium. *Ovid.* lib. 12. *Metam.*
Amsauctus, fons est Lucaniæ ab inferiori erumpens.
Amthar. *Un lugar en el Tribu de Zabulon.* Jos. 19.
Amulius, Rex Albanorum Numitoris frater. *Serv.*
Amulius. *Un Pintor famoso, que pintó á Minerva.* Plin. lib. 3.
Amurium, civitas Phrygiæ majoris. *Ptol.*
Amunela, oppidum Africæ inter Syrtes.
Amus, civitas Cariæ. *Steph.*
Amutrium, oppidum est Daciȩ *Ptol.*
Amxyrus, quasi absque rasura, cognomen fuit Jovis.
Amycla, una è filiabus Niobes. *Pausan.*
Amyclas, Lacedȩmonis filius Cratensis. *Steph.*
Amyclȩ, arum, Laconiȩ civitas, Tyndari Regia.
Amyclȩ, Tacitȩ, opp. Italiȩ inter Cajetam, & Tarracinam.
Amyclȩum, civitas in Creta, & portus. *Steph.*
Amyclȩus, a, um, ut Amyclȩus canis. *Virg.*
Amycion, urbs Macedoniȩ, non longè ab Actio fluv.
Amycus, filius Neptuni, Nymphȩ Melies. *Ser.*
Amycus, fuit unus ex Centauris. *Virg.*
Amycus, Æneȩ comes. *Virg.* lib. 9.
Amydon, Pȩoniȩ civit. quȩ Trojanis auxilia misit.
Amylia regio Italiȩ, scribendum potius Æmylia.
Amyni, populi Epiri. *Steph.*
Amymone, Dani Regis filia. *Strab.* lib. 8.
Amymone, fons apud Argos. *Ovid.*
Amymone, fons est in Achaja. *Plin.* lib. 4. cap. 5.
Amymon, Grȩciȩ fluv. ab eodem. *Amimone* sic dictus.
Amynȩ, fuerunt loca, ubi postea Phalernum. *Mac.* 1.
Amyntas, pater Philippi Macedonis.
Amyntas, nomen pastoris. *Virg. Theoc.*
Amytȩ populi Thesprotiȩ. *Steph.*
Amynthor, fuit Phȩnicis pater. *Ovid.*
Amyrum, Thȩssaliȩ oppidum. *Steph.*
Amythaon Chretei filius, Melampodis pater.
Amythaonius, a, um, ut *Amythaonius Melampus.*
Amyzon, oppidum fuit conventus Alabandici. *Plin.* l. 5. c. 29.

A ANTE N.

Ana, vel anas, fluv. Hispan. Bȩticam à Lusitania dividens. Vulg. *Guadiana.*
Ana, *Padre de Olibama, Muger de Esaú.* Genes. 36. *Hijo tambien de Hebeon, que fue hijo de Seir Horrei.* Genes. 37. 1. Paralip.
Ana. *Fue nombre de un Idolo.* 4. Reg. 18. Isai. 37.
Anaanus. *Sumo Sacerdote, à Cyrineis constituto. Joseph.* lib. 15. cap. 6.

Anab

Anab. *Nombre fue de una Ciudad, ó monte.* Jos. 11. & 15.
Anabis opp. est, Hisp. in tractu Tarrac. *Ptol.*
Anabura, civit. Pisidię regionis. *Ptol. Strab.*
Anacęa, pars tribus Hippotecontidis.
Annace, urbs Achaję. *Steph.*
Anocharsis, Philosophus est Scytharum genere, Sapientię admirandę *Cic.* lib. 5. *Tuscul.*
Anania, civitas Mesopotamię, juxta Euphratem.
Anacreox, Poëta Liricus, à quo *metra Anacreontica.*
Anactorium, fuit templum Cereris in Eleusine, ut scribit. *Herod.*
Anatoria, civitas Molossorum in Epiro. *Plin.* Vulg. *Vozina.*
Anatoria Jonię urbs, quę postea *Miletus* dicta. *Plin.*
Ançea, urbs Carię contra Samum.
Ançea una Amazonum fuit.
Ançętes, nomen deę, quę Lidis colebatur. *Strab.*
Ançtia, quędam Armenię regio. *Plin.*
Anager, fluvius, vide Anygrus.
Anaglirus, pars tribus Erecthidis. *Steph.*
Anagnia, civitas Hernicorum in Latio. *Virg.* Vulg. *Anaña en campaña de Roma.*
Anagnia, civit. Vilumbrorum in Italia. *Ptol.*
Anagnini, pop. Italię, Agnania cognominati.
Anaguntes, pop. Gallię Aquitanicę. *Plin.*
Anagombri, montes duplices in Ægypto. *Ptol.*
Anagrana, civit. Ægypti. *Strab.*
Anagrasii populi sunt Atticę, Esonii cognomine.
Anaitia, Armenię regio, quam Euphrates pręterlabitur.
Anaite pop. ejusdem regionis urbis incolę.
Anaitis, Dea, ab Armeniis culta.
Analiba, civit. Armenię minoris. *Ptol.*
Analitę, pop. Æthiopię sub Ægypto.
Analeus. *Nombre fue de un Sumo Sacerdote de los Judios, instituido por Herodes, y por él mismo despues privado del Sacerdocio.*
Añanus. *Nombre fue de un Obispo de Alexandria, despues de San Marcos, en el primero año del Emperador Nerón.* Euseb. lib. 2. cap. 2.
Anapavomenos, fons Dodonę Jovi sacer.
Anaphe, es, insula in mari Ægeo spontè enata. *Plin.* Vulg. *Namphio.*
Anaphlystus pars tribus Antiochidis. *Steph.*
Anaphlystus, opp. Atticæ in Achaja. *Ptol.*
Anaphlysti, Atticæ pop. ab Anaphlyto. *Strab.*
Anapias, & Amphinomus, fratres Siculi juvenes. *Sen.*
Anapis, pen. prod. Sciliæ fluv. leniter decurrens. *Ovid. Metam.*
Anariaci, populi non longè à Caspio mari.
Anarthi, pop. sunt Albaniæ. *Strab.*
Anarus, civitas est finibus Galatiæ, & Paphlagoniæ.
Anarium, civitas Armeniæ majoris. *Ptol.*
Anarti, pop. sunt Daciæ. *Ptol.*
Anartophracti, oppida in Sarmatia Europæ. *Ptol.*
Anas, fluv. Hispaniæ Beticam à Lusitania dividens.
Anasa, oppidum Germaniæ.
Anasis, civitas est Lybiæ. *Ptol.*
Anastasius, Pontifex Romanus, ann. 398.
Anastasius II. Pont. Rom. ann. 494.
Anastasius III. Pont. Rom. ann. 910.
Anastasius IV. Pont. Rom. ann. 1103.
Anasum, opp. Venetiarum in 10. regione.
Anatis, fluv. est Mauritaniæ Tingitanæ.
Anatilia, civit. Provinciæ Narbonensis.
Anatili, pop. sunt ejus Provinciæ incolæ.
Anaticolæ, pop. sunt Libiæ, interioris. *Ptol.*
Anatolia, nunc dicitur Asiæ minoris pars.
Anava, urbs Phrygiæ. *Steph.*
Anaunium, opp. Italiæ est. *Ptol.*
Anauros, fluv. Thessaliæ, quasi *sine aura dictus.* Luc. lib. 6. *Algunos dan este nombre al Nilo.*
Anausis, unus est Medeæ procis, Alanorum, Heniochorumque Rex. *Val. Flac.*
Anavum, opp. est Germaniæ. *Ptol.*
Anax, viri proprium, Cœli, & Terræ filii, *Cel. Rhod.* lib. 5. cap. 1.
Anaxagoras Clazomenius, Philosophus fuit in Physicis præcellens. *Diog. Laërt.*
Anaxagoras, alius Isocratis discipulus, statuariusque insignis.
Anaxagoras, Grammaticus, Zenodoti discipulus.
Anaxandrides, Poëta Græcus Rhodus.
Anaxantini, pop. Italiæ *Plin.* lib. 4. cap. 12.
Anaxarbani, populi Ciliciæ ab eadem urbe sic dicti. *Plin.*
Anaxarchus, Philosoph. Aderita, sectator Democriti.
Anaxaretes, Cypria Salamina puella miræ pulchritudinis.
Anaxarus, civit. Mediterranea Ciliciç. *Plin.* (*Strab.*
Anaxenor, Cytharedus fuit quem Tyana civit. valdè extulit.
Anaxilias, Poëtae comici nomen cujus meminit. *Suid.*
Anaxilaus, Mesinius Rheginorum in Sicilia tyrannus.
Anaxilaus, viri proprium Lacedaemoniorum Regis. *Plut.*
Anaxilides, nomen Philosophi. *S. Hier.*
Anaximander, Taletis auditor primus, cœlestia signa, sphaeram, horologium, & Gnomonen docuit.
Anaximenes, Philosoph. fuit Anaximandri discipulus.
Anaxini, pop. in quarta Italiae regione. *Plin.*
Anaxithea, Danais ex Jove peperit Olenum. *Steph.*
Anaxius, fluvius, qui per Feltrensem agrum fluit. Vulgò *Piave.*
Anaxa, Aneaei cujusdam filia fuit. *Plaut.*
Anazarba, oppidum Ciliciae. *Steph.*
Anazitini, pop. Syriae Celes, id est, *curvæ.*
Anchalites, sive Ancarites, pop. sunt Britanniae.
Ancaeus, Licurgi, & Antinoes fuit filius. *Lactant.*
Ancaeus, Neptuni, & Astypaleae filius agriculturae studiosus.
Anca civit. est Hisp. citerioris. Vulg. *Burgos.*
Ancara, opp. Italiae. *Steph.*
Anchacos, nomen imperatoris in exercitu Persae contra Æntem Colchorum Regem Persae fratrem.
Anchemosus Rhaeti Marrubium Regis in Italia filius.
Ancherae, pop. sunt Italiae. *Strab.*
Anchesites, ventus ab Anchisa portu Epiri, spirans, cujus mentio est apud Halicarnas. *Cic.* 7 ad Atticum, antea legebatur Anchimities, sed sic restituit *Turnebus.*
Anchesmus, mons Atticae *Pausan. in Attica.*
Anchiale, civit. Ciliciae suprà mare sita. *Strab.*
Anchialos, urbs Traciae, non longè à magna Apolonia. Vulg. *Achialo.*
Anchialos Astrologi nomen, cujus meminit. *Cic.*
Anchilensii, pop. sunt Sardiniae. *Ptol.*
Anchis, civitas Sarmatiae, Asiaticae juxta fluvium Psathim.
Anchisa, oppidum Italiae. *Steph.*
Anchises, filius Capyos, Æneae pater.
Anchisiades, patronimicum ab Anchise. *Virg.*
Anchoa, locus Bœotiae, juxta Larinam urbem.
Anchora, castellum juxta Pesinutem Phrygiae.
Anchurus, Midae Regis filius. *Plutarch.* in Parallelis.
Anchisa, opp. est in Lesbo insula. *Ptol.*
Anchobartis, regio est Mesopotamiae. *Ptol.*
Ancon, onis, vel Ancona, ae, civit. Piceni in Italia.
Anchore, urbs Bithyniae, Antigonia posteà dicta. *Steph.*
Ancrina, civitas Siciliae. *Ptol.*
Anculi, & Anculae, dii, deaeque Ancillarum putabantur. *Fest.*
Ancus Martius, 4. Rom. Rex, Numae ex filia nepos.
Ancyra, urbs est Phrygiae, quae & Anchora. Vulg. Angeri.
Ancyre, Galatiae urbs Tectosagum Bithyniae populorum Metropolis. Hodie Mediacus dicitur. *Volat.*
Ancyra, dicta ab Anchoris navium captarum à Mitridate.
Ancyranus, a, um, adjectivum ab Ancyra.
Ancyron, urbs Ægypti. *Steph.*
Andabatae, gladiatores sunt clausis oculis pugnantes.
Andania civit. est in Peloponneso. *Strab.*
Andanis, fluv. est Carmaniae regionis. *Plin.*
Andanos, cognomento Bargilla civitas Cariae.
Andarum, Cariae civitas. *Steph.*
Andautonium, civitas Pannoniae superioris. *Ptol.*
Andecrium, opp. est Dalmatiae. *Ptol.*
Andegavia, regio Galiae Turonibus, ac Bisurigibus finitima, Oceanoque proxima, Vulgò *Anjou.*

An-

Andegavi, qui & Andes, Andegaviæ, pop. Vulgò. *Ageniens.*
Andelus. *Una Ciudad de España, cerca de Ponpejolo, que hoy llaman Pamplona, Metrópoli del Reyno de Navarra.*
Andrea, civitas est in Theautrania. *Ptol.*
Anderedum, opp. Tabulorum in Aquitania.
Andes, Galliæ populi. *Cæsar.*
Andes, vicus non procul à Mantua. Virgilii Patria. Vulg. *Cipida.*
Andinus, a, um, adjectivum. *Cosa de Mantua*, ut Silvius, lib. 8.

Mantua Musarum domus, atque sidera canto.
Evacta Andino, id est, Virgiliano.

Andica, pop. sunt Galliæ Lugdunensis.
Andizetii, pop. sunt gentis Pannonicæ. *Strab.*
Andocides, orator Atheniensis, prognatus Thelemacho Ulyssis filio.
Andologenses, opp. Hisp. conventus Cæsaraugustæ.
Androsiæ, pop. Bæticæ conventus Gaditani.
Andraca, civ. Capadociæ præfecturæ Schamanensis.
Andracus, sive Andricus est flumen, & mons Ciliciæ. *Plin.*
Andragoras, viri proprium qui morte subita periit. *Mart.*
Andretum, locus munitissimus Dalmatiæ.
Andria, Phrygiæ oppidum. *Plin.*
Andria urbs Elidis, & alia Macedoniæ. *Steph.*
Andrica, oppidum est Mediæ. *Ptol.*
Andriaca, opp. est Thraciæ. *Strab.*
Andriaca, Lyciæ oppidum.
Andriantes, pop. sunt Pannoniæ inferioris.
Andricus, Ciliciæ mons est. *Strab.* lib. 14.
Andricus, Ciliciæ fluvius est. *Plin.* lib. 5. cap. ult.
Andrius, fluvius in Scammandrum fluens. *Strab.*
Andropius, insignis pictoris proprium. *Plin.*
Androcleus, Philosoph. Porphyrii discipulus. *Volat.*
Androdamus, Rheginus, qui leges condidit Chalcidensibus.
Androdus, filius Codri Atheniensium Regis.
Androdus, Dacus servus, Romæ in circo maximo à leone, cujus pedem vulneratum aliquandò in sylvis curaverat, agnitus. *Gellius* lib. 5. cap. 14.
Androgeus, filius Minois Cretensium Regis, & Pasiphaæs.
Androgæus, a, um, ut Androgæa cædes. *Catul.*
Androgæus, unus à Græcorum Ducibus, qui ad Trojam profecti sunt.
Androgini, pop. sunt in Africa. *Plin.* lib. 7. cap. 2.
Androlicia, opp. Joniæ, quod posteá Magnesia.
Andromaches, Hectoris Trojani uxor, quæ à virili pugna nomen sortita est. *Volat.*
Andromachus, adulator Crassi, à quo tamen Crassus Parthis proditus fuit. *Plut.*
Andromachus, Grammaticus, docuit Nicomediæ. *Suid.*
Andromatunum, civit. Lingonum in Gallia Belgica. *Ptol.*
Andromeda, Cephei Æthiopum Regis, Cassiopes filia, à Perseo amata, & in uxorem ducta. *Propert.*
Andromeda, cœleste signum, quod oritur in parte piscium duodecima, à Minerva inter astra collocatum.
Andromon, nomen ejus, qui Colophonem ædificavit.
Andron, opp. inferioris regionis Nili. *Ptol.*
Andronicus, Rhodius, Philosophus Peripateticus.
Andronicus, Grammaticus desidiosior in professione Græca. *Suet.*
Adronicus alius, qui scripsit res gestas Alexandri. *Volat.*
Andropophagi, pop. sunt Scythiæ Asiaticæ.
Andropolus, hoc est *virorum civit.* in Ægypto.
Andros, Insula inter Hyberniam, & Britanniam. *Plin.*
Andros, ins. vicina Samo, cum oppido ejusdem nominis, primo dicta *Canros*, posteà *Antandros.*
Andros insula, oppidum in mari Myrthoo, Cycladum prima. Vulgò *Andro.*
Androsia, civit. Trochmorum in Galatia.
Andrus, fons Andri Insulæ potores inebrians.
Anduecium, oppidum est Germaniæ.
Anemo, fluv. in octav. Italiæ regione. *Plin.*
Anemolea, sive Anemoria opp. Phocidis.
Anemurium, opp. & promontorium Ciliciæ. *Plin.*
Aneria, oppidum Conaciæ in Hybernia.
Anetia, Illyrici opp. *Plin.*
Aneticus, Asiæ locus est arundinibus abundans.
Anetusa, urbs Lybiæ. *Steph.*
Balrodia, opp. Mediæ in Hybernia.
Balsa, Lusitaniæ urbs. *Ptol.* Vulgò *Tavila.*
Balsa, opp. est Cyrenes. *Plin.* lib. 5. cap. 5.
Baltia, sive Basilia insula in mari Germanico, quæ mari Baltico nomen dedit. *Plin. Vol.*
Baltimoria, opp. ac portus maritimus, Momoniarum in Hybernia, à quo comes *Baltimoriæ.*
Bambotum, fluv. Mauritaniæ crocodilis refertum. *Plin.*
Bambyca, æ, urbs Mesopotamiæ, quæ & Edesa. *Strab.*
Bambycacii, populi juxta Tigrim habitantes, qui omnem auri, aut argenti materia ita execrantur, ut omnia matalli genera coëmentes, illa in profunda terrarum, & abditas solitudines suffodiant, ne pecuniæ comercio enervetur animi indoles, ingeniique *Alex. ab Alex.* lib. 4. cap. 15.
Bambyce, es, urbs est Syriæ Cæles, quæ & Hierapoli. *Plin.*
Banabe, civ. Mesopotamiæ ad Euphratem. *Ptol.*
Banasa, Romanorum colonia in Africa, quæ & Valentia. *Plin.*
Banaurides, insulæ Tusciæ à Banauro filio Ajacis. *Steph.*
Bandobriga, sive Bandoniæ pons, opp. Hyberniæ ac titulus Baronis.
Bandonia, fluv. Momoniarum in Hybernia.
Bangius, fluv. Momoniarum in Hybernia.
Bania, opp. Ultoniæ in Hybernia.
Banisæ populi Traciæ. *Steph.*
Banurri, pop. Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*
Bannaniæ, fluv. Momoniarum in Hybernia.
Bannia, sive Banna, fluv. Ultoniæ in Hybernia.
Bannomanna, insula ante Scythiam. *Plin.* lib. 4. cap. 13.
Banuri, vetus lectio habet *Bannuri*, recentior *Banurri.*
Banurri, Getuli sunt incolæ Tingitanæ Provinciæ.
Bandovena, civ. est Arabiæ regionis. *Strab.*
Banatia, est Britanniæ insulæ. *Ptol.*
Baniana, civ. est Hisp. *Ptol. Santillana.*
Banuibæ, pop. Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol,*
Bantia, urbs Italiæ. *Steph.*
Banti, populi Thraciæ. *Steph.*
Banturati, opp. ac portus maritimus Momoniarum in Hybernia.
Banturari, pop. Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*
Batæ, Sacerdotes deæ Cotyttus. *Suid.*
Bara, ins. non longè à Brundusio. *Fest.*
Barabba, Syra dictio, interp. *filius patris.*
Barach, viri proprium, interp *fulmen.*
Brachius, nomen viri, interp. *fulgor Domini.*
Baracum, opp. est Cyrenes. *Plin.* lib. 5. cap. 4.
Baracura, Indiç emporium extra Gangem. *Ptol.* Hodie *Balgella.*
Baragasa, Æthiopiæ opp. *Plin.* lib. 6. cap. 29.
Baramalacum, Nabathæ orum in Africa opp. *Plin.*
Barata, civ. est præfectura Lycaoniæ. *Ptol.*
Barathema, civ. est Arabiæ desertæ. *Ptol.*
Barathia, civ. est Africæ ad Syrtim parvam. *Ptol.*
Barathrum, locus erat Athenis, in quem damnati præcipitabantur.
Barathrum esse locum profundissimum Ægypti, Diomedes, & alii dicunt.
Baraza, civ. est Armeniæ majoris. *Ptol.*
Barbagioras, nomen proprium est *Tacit.* lib. 21.
Barbara, virgo Nicomediensis, sub Maximiano passa. *Volat.*
Barbaria, Barbarorum regio, cui opponitur Hispaniæ, Græcia, & Italia. *La Berberia.*
Barbaricus, sinus Æthiopiæ sub Ægypto. *Ptol.*
Barbaria, dicta est in insula Gangetis Indiæ. fluv. *Ptol.*
Barbarissus, civitas est Syriæ juxta Euphratem. *Ptol.*
Barbarium Lusitaniæ promont. ad Tagum fluv. *Strab.*
Barbesula, opp. Hisp. Bœticæ juxta Calpen.
Barbesula, fluv. qui Barbesulam præterfluit. *Guadioro.*
Barcæi, populi sunt vicini Carthagini. *Serv.*
Barce, urbs Cyrenaicæ mediterr. quæ & Ptolemais.
Barce, nutrix Sychæi fuit. *Virg.* lib. 4. *Æneid.*
Barce, urbs Aridæ Lybiæ metropolis. *Hier.*
Barce, Regina fuit Lybiæ à qua Barce civitas. *Tert.*
Barce, mons in Mauritania. *Plin.* lib. 5. cap. 1.
Barcenis, Germaniæ sylva est trans Rhenum. *Volat.*
Barcha, cognomentum Amilcaris, patris Annibalis. *Volat.*
Barchusa, parva civitats Phœnicæ. *Steph.*
Barcino, civit. Hisp. Tarraconensis. Vulg. *Barcelona*: & populi Barciones, ex *Avieno.*
Barderatæ, urbs Galliæ Comatæ ad Appenium. *Plin.*
Bardesanes, historicus Babylonius, de quo *Euseb.* lib. 6. *Præpar. Evangel.*
Bardesene, Mesopotamiæ Præsul, scripsit adversus Martionem lingua Syriaca. *Euseb.* lib. 4.
Bardi, erant vates magi, vel Philosophi in Gallia.
Bardi, orum, populi sunt Thraciç.
Bardi, orum, populi sunt Galliæ Transalpinæ.
Bardines, fluv. juxta Damaseum. *Steph.*
Barditus, mons Ætiopiæ interioris. *Ptol.*
Barduli, pop. sunt Cantabrorum in Hisp. *Plin.*
Bardyalis, sive Barditæ pop. Lusitaniæ. *Strab.*
Barea, opp. est Hisp. citerioris. *Plin.*
Barene, per *eta* utrobique civ. est Mediç. *Steph.*
Baretium, regio ad mare Adriat. *Steph.*
Bargada, fluv. aut Bragada, etsi *Ptol.* semper Bargada.
Bargasa, civit. est Cariç. *Steph.*
Bergeni, pop. sunt Africç ex gentibus Troglodytis.
Bargiacis, civ. est Vaccçorum in Hisp. *Ptol.*
Bargus, i, Thraciç fluv. in Hebrum cadens. *Plin.*
Bargusii, pop. Occidentales juxta Iberum fluv. *Steph.*
Bargyla, sive Bargyllos, opp. in Caria. *Plin.*
Bargylliticus, sinus à Bargyllo Cariç dictus.
Bargyllus, mons est Asiç. *Plin.* in descriptione Syriç.
Barhania, civ. est Mesopotamiç. *Ptol.*
Baria, locus est in Sabinis celeberrimus. *Porphyrius.*
Barine, meretricis nom. lib. 2. *Horat.* lib. 2. *Carm.*
Baris, opp. Phrygiç mediterr. *Ptol.*
Baris locus est Pisidiç in Pamphylia.
Barium, Apuliç, opp. *Plin.* Vulgò *Barri.*
Barnichius, fluv. est Peloponnesi, qui & Enipeus.
Barnus, untis, opp. Macedoniç propè Heraclea.
Baro, mulier quçdam fuit Philosophiç dedita, ut scribit *Suidas,* quam P. Maurius allegat. Undè Philosophos, qui stolidiores essent, Barones vacabant, ut quasi muliercula per contemptum appellaretur. *Cicer. ult. Epist.* l. 5. *Fam. Ille Baro,* &c.
Barra, opp. Orobiorum in Italia Transpadana.
Barria, territorium Momoniarum in Hybernia: unde comes Barriç.
Barrus, libidinosi adolescentis nomen. *Horat.*
Barsapsa, civ. Mesopotamiç ad Euphratem. *Ptol.*
Barsita, civit. Babyloniç regionis. *Ptol.*
Baruco, civ. Albeniç ad Septentrionale Asiç.
Barutum, vel Barutus, vidi in dictione Berytos.
Barygasa, insigne emporium Gedrosiç. *Steph*
Baryostona, unum ex Istri ostiis. *Solin.* cap. 22.
Basabocates, pop. Galliç Aquitanicç. *Plin.*
Basanicç aliàs Banicç, gens est Thraciç. *Steph.*
Basan, regio trans Jordanem, quam duç & dimidia tribus possederunt: interpretatur *uberr ma.*
Basaro, opp. est Bœticç conventus Gaditani. *Plin.*
Bascropedia, regio Medorum juxta Marmaricam.
Basculi, pop. Hisp. *Varro de Re Rust.* 2.
Basera, civ. est Phœnices. *Steph.*
Basiana, civ. est Panoniç inferioris. *Ptol.*
Basilea Germaniç urbs. Vulgo *Basle.*
Basilei, dicuntur Sarmatç cognomento Jazyges. *Strab.*
Basi, civ. est Hisp. *Ptol.*
Basilia, insul. est Ponti Septent. quç & Balthia. *Plin.*
Basilica opimia, Romç fuit propè Senaculum supra Grçcostasin.
Basilicus, sinus est in mari Joniç. *Plin.*
Basilidiç, pop. sunt Sarmatiç Europçç. *Pomp.*
Basilides, unus è primoribus Ægyptiorum. *Tacito.*
Basilides, nomen hçretici, qui 265. cçlos esse putabat.
Basilis, civitas Arcadiæ. *Steph.*

Basilius, proprium nomen insignis pyratę. *Lucan.*
Basilius Magnus, Cęsareę Cappadocum Archiepiscopus, Gregorii Nazianzeni, & Joannis Chrysostomi temporibus floruit.
Basilius, Anciranus Præsul, scripsit contra Marcellum librum de Virginitate. *Hier.*
Basilius, Præsul Ciliciæ, scripsit contra Archelaum quemdam Presbyterum Coloniensem. *Suid.*
Basilius, fluv. Asiæ inter Tigrim, & Euphratem. *Strab.*
Basilius, unus ex interfectoribus Cæsaris. *Appian.*
Basilisuna, regio est majoris Armeniæ. *Ptol.*
Basinni, gens est Arabiæ. *Steph.*
Basistani, seu Bastuli, populi Hisp. Strab. *Los de Granada.*
Basitani, seu Bastuli, populi Hisp. citerioris. *Strab.*
Basistanorum fit mentio in monumento, quod est Carthagine.
Basoropeda, regio Medorum Armeniæ contributa. *Strab.*
Bassachetæ, pop. Marmaricæ in Ægypto. *Ptol.*
Bassereus, dictus est Bacchus, id est, *clamo.*
Bassaris, Bacchi sacrificula, Agave dicta. *Pers.*
Bassiana, Pannoniæ, opp. Vulg. *Bossega.*
Bassiotis, idis, regio est Ægypti. *Ptol.*
Bassus, Poëta Epicus vehementi, ac poëtico ingenio. *Quint.* lib. 10. cap. 1.
Bassus, Aufidius historicus, scripsit bellum Germanicum. *Quint.* lib. 10. cap. 11.
Bassus, Sextus, Niger, Romani homines de Medicina Græcè scripserunt. *Vol.* Unguentum Arthriticum Bassi citatur ab *Ætio.* lib. 12.
Bassus martyr, sub Decio ferreis clavis confixus. *Vol.*
Bastanabus, portus Arabiæ. *Steph.*
Bastarnæ, populi Europæ in Sarmatia. *Strab.*
Basterbini, pop. sunt Salentinorum in Italia. *Plin.* lib. 3. c. 11.
Bastuli Bœticæ, Hisp. pop. propè Turdulos, nunc Granatenses. *Strab. Plin. Los de Granada.*
Basulii, pop. Lybiæ.
Bata, orum, Asiæ vicus portus. *Strab.* lib. 11.
Batala, antiquiss. Sidicinorum in Italia opp. *Liveo.*
Batalus fuit tibicen qui lascivia, & violenta carmina complexus est, *Cel. Rhod.*
Batalus, fuit cognomen Demosthenis: interp. *mollis.*
Batana, regio est Syriæ juxta Eufratem. *Ptol.*
Batava auris, pro agresti, ineleganti, tetricaque. *Mart.*
Batavi, Germaniæ inferioris Rhenum accolentes populi.
Batavia, Germaniæ inferioris Provincia, quæ nunc Bavaria, aut Hollandia dicitur.
Batæ, pars tribus Ægeidis. *Steph.*
Batavodurum, opp. Bataviæ propè Rhenum.
Batia, sive Batua, filia Toucri, Scamandri fluvii filii. *Diod.*
Bathracus, portus Marmaricæ in Ægypto.
Bathyllus, adolescens Samius, quem Anacreon Poëta Tejus ardenter amavit. *Horat.*
Bathyllus, Poëta tragicus insignis, non æquè in Comœdiis fœlix.
Bathyllus, Phorci marini monstri filius. *Theod.*
Bathynius, fluv. est in Propontide Thraciæ. *Ptol.*
Bathys, fluv. Siciliæ. *Ptol.* meliùs *Bathæus.*
Batea tumulus in Troade. *Strab.* lib. 13.
Batiæ urbs mediterranea Epiri. *Strab.* lib. 7.
Bateni, pop. sunt Germaniæ majoris. *Ptol.*
Batieni, pop. sunt Italiæ, quorum civ. Augusta.
Batina, pop. Apuliæ in Italia.
Batina, civ. est Mediæ mediterr. *Ptol.*
Batinum, flumen est Piceni. *Plin.* lib. 3. cap. 13.
Batiri, pop. à Batiris ad Lygdos erant Dario tributarii. *Her.*
Bato, historicus Sinopęus, qui Persicam historiam exaravit.
Batracharta, civ. est Babyloniæ. *Ptol.*
Batrachæ, civ. est Sarmatiæ Asiaticæ. *Ptol.*
Batachus, sculptoris aut statuarii nomen. *Plin.* lib. 39. c. 5.
Batthina, civit. est Persidis regionis. *Ptol.*
Batthiades, Callimachus dictus à Batto patre. *Ovid.*
Battiadæ, mulieres Cyrenenses à Batto dictæ.
Battis, puella fuit formosissima, quam Philetas Poëta adamavit. *Ovid.* lib. 1. *Trist.*
Batton, Poëta comicus fuit, cujus fabulas refert *Suid.*
Battus, proprium ignobilis Poëtæ.
Battus, proprium illius, qui Cyrenem condidit. *Strab.*
Battus, pastor quidam à Mercurio in silicem mutatus.
Battus alius, fuit Rex Melitæ insulæ.
Battus, civ. est, & portus Sarmatię Asiaticę. *Ptol.* melius *Bata.*
Batulum, opp. est Campaniæ. *Virg.* lib. 7. *Æneid.*
Bavaria, regio Germaniæ Superioris.
Baudidias, insula est in sinu Argolico. *Plin.* lib. 4.
Baucis, anus quædam paupercula, habens virum Philæmonem.
Baucis, & Philæmon, ambo à Jove, & Mercurio in arbores conversi. *Ovid.*
Bavius, & Mævius, ineptissimi Poëtæ fuerunt, & invidi. *Virg. in Bucol.*
Bauli, opp. est in ora maritima Campaniæ. *Volat.*
Bauli, vicus inter Bajas, & Missenum. *Servio.*
Bavoto, opp. Salentinorum in Italia. *Ptol.*
Baxacha, civit. est Mesopotamiæ. *Ptol.*
Babatha. *Nombre de un Eunucho. Esther.* 1.
Bazazitis, regio est Africæ. *Ptol.*
Bazes, civ. Cappadociæ Præfectura Tyantidis.
Baziothia. *Nombre de una Ciudad en el Tribu de Judá.* Jos. 15.
Bazium, promont. Ægypti ad Orientem. *Ptol.*

B ANTE E.

Bea, insula Hyberniæ versus Hispaniam.
Beatra, opp. ac portus maritimus Momoniarum in Hybernia, à quo Comes Beatræ.
Beatrix, virgo Romana & martyr sub Diocletiano. *Vol.*
Bebai. *Nombre de un varon.* 1. Esdr. 2.
Bebiani Ligures, pop. sunt. Italiæ. *Plin.* lib. 3. cap. 12.
Bebii, montes Pannoniæ superioris. *Ptol.*
Bebius, delator insignis, cognomento Massa. *Juven.*
Bebius Pamphilus, Consul Rom. *Valer. Max.*
Bebryacum, vicus est inter Cremonam, & Veronam. *Tacito.* Vulgò *Libana.*
Bebrices, vel Bebricii, Asiæ populi. *Volat.*
Bebrycia, regio Asiæ minoris, quæ posteà *Bithynia* dicta.
Bebrycia, regio major Phrygia dicta est. *Salust.*
Bebrycius, a, um, adject. ut arena Bebrycia. *Stat.*
Bebryx, ycis, Rex fuit in montibus illis, qui à filia ejus Pyrene, Pyrenæi dicti sunt. *Silius.* lib. 3.
Bechires, natio Scythica omnium bibaciss. *Plin.* lib. 6. c. 4.
Bechuni, populi sunt Italiæ. *Ptol.*
Beda, natione Anglicus, ob vitæ modestiam Venerabilis cognomen adeptus. *Volat.*
Bedacum, opp. est Norici. *Ptol.*
Bedesis, fluv. Italiæ Ravennam præterfluens. *Plin.*
Beddoto, civ. Judææ ab Occasu Jordanis. *Ptol.*
Bedirum, opp. juxta fontes Cyniphi Lybiæ interioris. *Ptol.*
Beduni, hæretici, dicunt mortem vitari non posse, fatoque omnia referunt, Solem orientem adorant. *Volat.*
Beelphegor, idolum fuit Moab, vocabulo Baal. *Num.* 23. *Deut.* 4.
Beelzebub, idolum fuit Accaron. *Bibl.*
Beergios. Vide *Bergion.*
Begealis, insula est in mari Myrtoo. *Ptol.*
Begerri, pop. sunt Galliæ Aquitanicæ. *Plin.* lib. 4.
Bagis, urbs Trallianorum. *Strab.*
Bela, Rex Pannoniæ, primus argenteam monetam percussit.
Belbina, ins. est in sinu Argolico. *Strab.* lib. 9. Vulg. *Blenda.*
Belcania, civ. est Armeniæ majoris. *Ptol.*
Belcia, civitas est Edetanorum in Hisp.
Belcana, civ. est Arsyriæ. *Ptol.*
Belenni, pop. sunt Aquitaniæ. *Plin.* lib. 4. cap. 19.
Belerium, Britanię promont. *Diod.* lib. 6. Vulg. *S. Burien.*
Belfastia, pop. Ulionię in Hyberdia, à quo comes Belfastię.
Belgę, Gallię pop proximi Germanis circa Rheni ostia.
Belgia, patria Belgarum.
Belgica, Gallia dicta est, quasi *bellorum gens.*
Belgica, urbs Hisp. in Cantabria; aut potius Belgida.
Belgium, Bellovacorum, civ. magna Cęsar. Vulg. *Bvaisua.*
Belgę, arum, pop. sunt Britannię. *Ptol.*

Bel-

Belgæa, civitas est Arabiæ Desertæ. *Ptol.*
Belgites Pannoniæ populi.
Belia, civitas Hisp.
Belides, pen. prod. dictus fuit Palamedes, à Belo proavo.
Belides, dicuntur 50. filiæ Danai, filii Beli.
Belion, fluv. est Hisp. idem qui Limæa. *Strab.*
Belippo, Bæticæ in Hisp. opp. *Plin.*
Belisama, æstuarium est Britanniæ insulæ. *Ptol.*
Belisarius Justiniani Principis Dux, Græcus, qui Persas in Oriente, Wandalos in Africa, Gothos in Italia vicit.
Bella, æ, opp. Campaniæ in Italia, quod & Abella, & *Avella.*
Bellagabania, portus maritimus Momoniarum in Hybernia.
Bellensia, opp. ac titulus Comitis in Momonis in Hybernia.
Bellerophontes, tæ, filius Glauci Regis Ephyræ, de quo *Ovid.*
Bellerophonteus, a, um, adject. ut Bellerophonteus Pegassus.
Bellerus, Corinthiorum primus, à quo interfecto Bellerophontes dictus, quum anteà Hipponous diceretur. Ex Comment. in Bocat.
Belliaca, civit. est Epiri propè Appolloniam. *Strab.*
Bellica, civit. est Hisp. Vulg. *Victoria.*
Bellitani, pop. Edetaniæ in Hisp. Conventus Cæsaraugustani.
Bello, urbs, Hisp. citerioris ad Besipponem portum. *Plin.*
Bellona, dea belli, & Martis soror, alio nomine Pallas.
Bellonotus, portus est Septentrionalis Europæ.
Bellovacum, civ. est Galliæ Provinciæ Rhemensis.
Bellovaci, Galliæ populi.
Bellus, filius Brigi Hispaniarum Regis.
Belpina, insula Æginæ proxima. *Strab.*
Belunium, Venetiarum opp. in Italia *Plin.*
Belon, urbs, & fluv. Hisp. Bœticæ. *Strab.* lib. 3. Vulgò *Trafalgar*: aliis *rio de Varbator*; urbs vero *Tarifa.*
Belus, Ægypti Rex.
Belus, Rex Assyriorum pater Nini, qui primus regnavit, à Sole ita dictus, qui Assyriorum lingua *Bel* dicitur.
Belus, fluv. Syriæ Phœnices, ubi primò vitrum repertum. *Plin.* lib. 5. cap. 19. *Joseph* lib. 1. *Bell. Jud.*
Belus, Phœnices Rex, & pater Didus, vir militaris scientiæ peritiss. *Virg* lib. 1. *Æneid.*
Belus, vel Melus. *Nombre de una Ciudad junto á las columnas de Hercules. Steph.* Fortassis eadem quæ *Belon* appellatur à *Plin.*
Bemarchius, Cæsariensis Cappadociæ sophista, scripsit res gestas Constantini Principis. *Suid.*
Bembina, vicus est Nemeæ, undè Nemeæus leo à Poëtis Bembinatis bellua dicebatur. *Plaut.*
Bembinadia, nomen quo Nemeæa regio vocitata est.
Benchorense Monasterium Ordinis S. Benedicti Ultoniæ in Hybernia, ubi tria millia Monachorum simul commorabantur, & Deo laus perennis in choro persolvebatur.
Bendena, civitas est Africæ. *Ptol.*
Bendis. *En la lengua de los de Tracia es Diana.*
Bendida sacra fuisse Tracib. narrat *Strab. Cæl. Rhod.* l. 18. cap. 23.
Benæ, urbs Cretæ sub Gortyne. *Steph.*
Benearum, opp. est Hisp. riterioris.
Benacus, lacus, in agro Veronensi. Vulg. *Lago de Garda. Virg.* l. 2. *Georg.*
Benedictus patria Nursinus, primus ordinem Monachorum in Italia instituit, quem antea Basilius in Oriente constituerat.
Benedictus Romanus Pontifex, ann. 573.
Benedictus II. Romanus Pont. ann. 684.
Benedictus III. Rom. Pont. ann. 855.
Benedictus IV. Rom. Pont. ann. 900.
Benedictus V. Rom. Pont. ann. 964.
Benedictus VI. Rom. Pont. ann. 972.
Benedictus VII. Rom. Pont. ann. 975.
Benedictus VIII. Rom. Pont. ann. 1012.
Benedictus IX. Rom. Pont. ann. 1047.
Benedictus X. *Antipapa*, ann. 1058.
Benedictus XI. Rom. Pont. ann. 1303.
Benedictus XII. Rom. Pont. ann. 1334.
Benedictus XIII. Rom. Pont. ann. 1724.
Benedictus XIV. Rom. Pont. ann. 1740.
Beneventum, opp. Samnitum in Italia, à Diomede conditum, prius Malaventum. *Plin.* lib. 3. cap. 11. Vulgò *Beneventi.*
Benna, vel Bæna, urbs Thraciæ: undè Benicus, a, um.
Bennica præfectura in Thracia ponitur. à *Ptol.*
Benigus Hybernus S. Patricii discipulus, & successor.
Bennis, fluv. Hisp. qui & Minius dicitur. Vulgò *Miño*,
Bercoreates, populi sunt Galliæ Aquitanicæ. *Plin.*
Bere, civitas est Arabiæ Desertæ. *Ptol.*
Berecyntes natio quædam est inter Phrygas.
Berecinthia, mater deorum, dicta à monte Phrygiæ *Berecynto.*
Berecinthus, mons, & oppidum Phrygiæ, in quo mater deorum Cybele priscorum ritu colebatur. *Plin.* lib. 16.
Berecyntus, tractus in Caria regione. *Plin.*
Berecyntius, a, um, adject. ut cornu Berecyntium.
Beregrani, pop. Italiæ in Piceno.
Berenicæ, Ciliciæ urbs.
Berenice, es, uxor *Ptolomæi* Logi, mater Philadelphi.
Berenicæ, civitas in Chio.
Berenice Philadelphi filia, quæ *Ptol.* Evergetæ fratri nupsit.
Berenice, Herodis Ascalonitæ filia, quæ fratri Agrippæ nupsit. *Strab.*
Berenicæ, Salomes Herodis sororis filia, nupsit Aristobulo, Herodis filio *Joseph.*
Berenice quoque, quam *Græci* & *Plinius* Pherenicem appellant, filia, mater, & soror Olympionicarum fuit. *Plin.*
Berenicæ, civitas est Cyrenaicæ, regionis. *Plin.* lib. 5.
Berenices crines, sunt septem stellæ ad leonis caudam collocatæ. *Sip.*
Berenice, civitas est Africæ propè Syrtes. *Plin.*
Berenicidæ pars tribus Ptolemaidis. *Steph.*
Berethis, civitas Æthiopiæ sub Ægypto. *Ptol.*
Beretra, civit. Prægutinorum in Italia. *Ptol.*
Beres, urbs Thraciæ à Berete. *Steph.*
Berex, gens inter Indiam, & Æthiopiam. *Steph.*
Berga, civit. est Odomanricæ in Macedonia. *Ptol.*
Berge urbs, aut vicus Thraciæ, ex qua natus Antiphanes Bergæus Comicus. *Steph.*
Bergidium, urbs Hisp. *Ptol.* Vulgò *Urgél.*
Bergion & Albion, gigantes fuere, Neptuni filii, ab Hercule interfecti. *Pomp. Mel.* lib. 2.
Bergittane, pop. sunt Hisp. *Liv.* lib. 4. decad. 4.
Bergium, opp. est Germaniæ. *Ptol.*
Bergomum, opp. Italiæ Traspadanæ. Vulg. *Bergomo.*
Bergomates, ejus opp. incolæ. *Plin.* lib. 13. cap. 13.
Bergos, insula Septentrionalis propè Thulen. *Plin.*
Bergula, civitas est Thraciæ Chersonesi. *Ptol.*
Bergusa, civitas Bergetum in Hisp. *Ptol.*
Beria, civ. Lacedæmoniæ, Luciano Polyantropon vocata.
Beriades, Indiorum Rex, adversus Dionysium bella gessit. *Steph.*
Berillus, aut Berylus. Bostrenæ urbis Arabicæ Præsul, cujus errorem Origenes confutavit, ann. 233. *Euseb.* l. 6.
Beris. *Nombre de un monte en Armenia, en lo alto de el qual han sido de parecer algunos de los antiguos, que se salvaron muchos quando el diluvio, y que Noé dexó allí el Arca.* Bocat.
Bernius, mons Phthiotidis regionis in sinu Pelasgico.
Bernardus, Abbas inter Burgundos tertius Cisterciensis Cœnobii fuit; Clarevallis autem annis 36. præfuit. *Volat.*
Bernava, urbs Hisp. Tarraconensis. *Ptol.* Vulg. *Benavár.*
Bernenses, pop. sunt Venetorum in Italia, *Plin.* lib. 3.
Bernicus, Rhetiæ, fluv. Vulg. *Bernúz.*
Beroë, Semeles matris Bacchi nutrix. *Ovid.*
Beroë, Doricli uxor.
Beroë, opp. in Thessalia Macedoniæ regione. Vulgò *Veria.*
Beræa, civitas est Syriæ Byrristicæ regionis.
Beræenses, pop. sunt Syriæ Cœles. *Plin.*
Berones, pop. sunt Hisp. *Ptol.*
Beronice, vide *Berenice.*
Berosus; mons Tauricæ, in cujus summitate sunt duo fontes aquæ mortiferæ.
Berosus, Chaldæus historicus, in Astrologia clarus, cui Athenienses statuam aurata lingua ob divinas prædictiones statuerunt. *Plin.*

Berrua, sive Beria, fluvius Lagenię in Hybernia.
Bersabes, urbs in terra Juda, & *puteus juramenti* dicta.
Bersane vidua, ab Alex. Magn. adamata. *Dio.*
Bersima, civitas Mesopotamię ad Euphratem. *Ptol.*
Bertiscus, mons est Macedonię. *Ptol.*
Berus, civitas est Mygdonię in Macedonia. *Ptol.*
Berunus, civit. Italię. Vulgò *Verona.*
Beritas, urbs Arabię, Diospolis prius dicta. *Steph.*
Berytos, civitas est Phęnicię clarissima, quę vulgò dicitur *Baruto.*
Bessa, fons Thesalię inter Ossam, & Olympum propè Cycesium oppidum.
Besbicus, parva insula circa Cyzicum. *Steph.*
Besippo, Hispanię portus, non longè à Mellaria urbe. Plin. *Puerto de Santa Maria, patria de Pomponio Mela.*
Bessa, civit. est Phocidis regionis. *Strab.*
Bessa, ars est in Peloponneso. *Strab.*
Bessaria, civit. est Assyrię. *Ptol.*
Bessi, populi sunt Thracię, non procul à Ponto, ad Strymonem fluv. *Strab. Plin.* lib. 4. cap. 11. *Ovid.* lib. 6. Trist.
Bessita, pręfectura in Thracia ponitur. *Ptol.*
Bessicus, a, um, adject. ut Bessica gens.
Bessyga, emporium in India, undè Bessygite. *Steph.*
Bessygas, fluvius in India.
Bestia Appia, legitur apud *Volat.* pro eo quod nunc legimus. *Vestia Appia.*
B. Bestia in conjuratione Catilinę memoratur. à *Sal.*
Betarreni, pop. sunt Syrię Cœles, i, curvę. *Plin.*
Beterræ, sive Bliteræ, oppidum Provinciæ Narbonensis. *Plin.* Vulgò *Besiers.*
Betarmones, ab *Hom.* vocatur Corybantes. *Odiss.* 8.
Bethacharum, vicus inter Hierosolymam, & Thecuam.
Bethasii, pop. sunt qui Pellandiam Brabantiæ regionem inhabitant. *Tacit.*
Betasyla, opp. in latere montis Oliveti duobus milliaribus Hierosolyma distans.
Beterones, pop. Hisp. Tarraconens.
Bethammaria, civit. Syriæ ad Euphratem. *Ptol.*
Bethana, civit est Babyloniæ regionis. *Ptol.*
Bethania, Castellum Palestinæ, Marthæ, ac Magdalenæ memoria conspicuum. *Volat.*
Betenia, altera trans Jordanem, ubi Joann. baptizabat.
Bethautha, civitas Mesopotamiæ ad Euphratem. *Ptol.*
Bethei, urbs Samariæ, quam Jebusæi condiderunt.
Bethlehem, civitas David in Tribu Judà, sexto ab Jerusalem milliario, quæ & Ephrata dicitur: nunc vicus est.
Bethogabra, civitas Judææ,, ab Occasu Jordanis. *Ptol.*
Betholene, una ex toparchis Judææ. *Plin.* lib. 5. cap. 14.
Bethphage, vicus in Judæa, propè Jerusalem. *Domus oris* interpretatur.
Bethrousa, opp. Mesopotamiæ ad Tigrim. *Ptol.*
Bethsaida, piscina in Jerusalem, quæ vocabatur probatica.
Bethsaida, civitas Galilææ, à qua Petrus, Andreas, & Philippus oriundi.
Betsames, urbs Galilææ, à qua Bethsamitæ pop.
Bethsura, erat Judæorum munitum præsidium. *Machab.* l. 2.
Bethulo, vel potius Bætulo opp. & fluv. Hisp. Tarraconens. *Ptol.* Vulg. *Becon*; opp. autem Badelona.
Betulonium, sive Vetulonium, opp. Thusciæ in Italia. Vulg. *Viterbo.*
Betuna, Regio est Hisp. inter Bætim, & Anam. fluv.
Beva, urbs Macedoniæ, & juxta eam Bevus fluv. *Steph.*
Beudus, vetus civitas Pamphyliæ mediterr.

B ANTE I.

Bialathania, opp. Ultoniæ in Hybernia.
Bibiana, civit. est Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Biandina, civit. Pelopon. in sinu Laconico. *Ptol.*
Bianor, cognomento Ocnus, Tyberis, & Mantus Fatidicæ filius, Mantuam condidit.
Bianor, unus è Trojanis Principibus ab Agamenone interemptus. *Hom.*
Bianora, à victore Ocno olim Gallia Cispadana dicta, quæ posteà Felsina.
Bias, antis, Prienæus, unus è septem sapientibus Græciæ.
Bias, alius Amythaonis filius.
Biatia, opp. Hisp. *Ptol.* Vulgò *Baeza.*
Bibaculus Cremonensis Poëta Jambicus. *Euseb.*
Bibacum, opp. est Germaniæ. *Ptol.*
Bibaga, insula est Indiæ. Ostreis, conchyliis referta.
Bibali, orum, pop. sunt Hisp. *Ptol.*
Bibalorum forum, pop. est Hisp. Tarracon. *Ptol.* Vulg. *Fomillan.*
Bibassos, civitas est Thraciæ. *Steph.*
Biberius, Tiberii agnomen per derisum propter nimiam vini aviditatem.
Bibiana, virgo Romana Martyr sub Juliano. *Volat.*
Biblia, uxor Duellii Romani, qui primus Romæ navali certamine triumphavit. *Calep.*
Bibliaphorium villa est Libycæ Nomidis in Egypto.
Biblina, Regio Thraciæ, undè Biblinum vinum. *Steph.*
Bibilolatas, dictus est Didymus, quod supra 3500. libros conscripsisset.
Bibilis, idis, filia Mileti, & Cyanes, quæ nefando sui fratris Cauni amore exarsit. *Ovid.*
Biblos, civitas est Syriæ Phœnices. *Ptol.*
Biblus, fluvius insulæ Naxi.
Bibracte, opp. Heduorum in Gallia Cęsar. Vulg. *Beaume.*
Bibracum, opp. Sueviæ. Vulg. *Biberach.*
Bibrogiorum, populi sunt Tritaniæ.
Bibulus, collega Cæsaris in Consulatu. *Sueton.*
Bicurgium, urbs Germaniæ. *Ptol.* Vulg. *Esfords.*
Bida Colonia, opp. est Mauritaniæ Cæsariens. *Ptol.*
Bidini, pop. sunt Citariis, & Catelrinis vicini. *Plin.*
Bidios, Castellum in agro Tauromitano. *Steph.*
Bidos, aliud Castellum in Sicilia. *Steph.*
Biducessi, pop. sunt Galliæ Lugdunens. *Ptol.*
Bienus, Cretæ urbs. *Steph.*
Biendium, portus est Cantabrorum in Hisp. *Ptol.*
Bienelli, pop. sunt Galliæ Lugdunensis.
Biessi, vel Bessi, pop. Sarmatiæ Europææ. *Ptol.*
Bigargitani, pop. Hisp. citerioris. *Plin.*
Bigerones, pop. sunt Galliæ Aquitanicæ. *Cæsari.*
Bigerra, Hisp. civ. est Setabis centermina. *Ptol.* Vulg. *Bejar.*
Bilæna, civit. est Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Bilæus, aut Billis fluvius Ponti non longè ab Heraclea.
Bilbina, Persiæ civitas.
Bilbilis, civ. Hisp. Tarraconensis, ferri gratia nobilitata. *Plin.* lib. 34. c. 14. fortè Martialis patria. Vulg. *Calatayud.*
Bilea, civitas est Babyloniæ regionis. *Ptol.*
Biliani, populi sunt Mauritaniæ Tingitanæ. *Ptol.*
Billa, vicus est Marmaricæ in Ægypto. *Ptol.*
Bilumbri, qui & Vilumbri, pop. Sabinorum in Italia.
Bimater, cognomen Bacchi, quod duas matres habuerit.
Bimatra, civ. est Mesopotamiæ. *Ptol.*
Bisita, civitas est Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*
Bintha, civ. est Lybiæ interioris. *Ptol.*
Binnedinum, promontorium in Hybernia versus Angliam.
Biœa, portus meridionalis Sardiniæ insulæ. *Ptol.*
Bion, Boristhenites Philosophus, & sophistas callidus.
Bipedimui, Gallię in Aquitania pop. *Plin.*
Biracellum, opp. Tuscorum. *Ptol.* Vulg. *Vicarello.*
Biritha, civitas Mesopotamię ad Tigrim. *Ptol.*
Birithama, civit. est Assyrię. *Ptol.*
Birra, sive Birria, opp. Lagenię in Hybernia.
Bisaltia, regio est Macedonię, undè Bisaltę populi.
Bisaltia, in Thracia ponitur. *Herod.* lib. 7.
Bisaltę, pop. Scythici, qui famescentes equorum sanguine lacte permisto aluntur. *Plin.*
Bisaltis, vel Bisalpis, puellę nomen, quam Neptunus compressit, in arietem conversus. *Ovid.*
Bisanthe Macedonię, opp. propè Melanem fluv.
Bisanthe Rhedestum, civit. est Thracię. *Ptol.*
Bisargis, civ. est Hisp. in tractu Tarraconensi. *Ptol.*
Bistirius, urbs Thracię. *Steph.*
Biston, onis, Martis, & Callirhoes filius, qui Bistoniam Thracię urbem condidit.
Bistones, pop. sunt Thracię. *Plin.* lib. 4. cap. 11. (*Peril.*
Bistonis, idis, civ. est, & stagnum in Thracia. *Steph.* Vulg.

Bis-

Bistonius, a, um, adject. ut nives Bistoniæ. *Strab.*
Bisultor, Martis cognomen.
Bisurgis, fluv. est Germaniæ. *Strab.* lib. 7. Vulg. *Uveser.*
Birchora. *Una Ciudad que edificó Salomón.*
Bithadna, Civitas est Babyloniæ regionis.
Bithia, Civitas est Mediæ. *Ptol.*
Bithias, Civitas est Mesopotamiæ. *Ptol.*
Bithia, Pharaonis filia, quæ Moysen adoptavit.
Bithias, gens est Thraciæ, quarum auctor Bithia, Martis, & Setæ Sororis Rhœsi filius. *Steph.*
Bithiga, Civitas est Mesopotamiæ. *Ptol.*
Bithus insignis gladiatioris proprium.
Bithiæ. *Nombres son de unas mugeres en Scythia, que tienen dos niñas en cada ojo, y matan con su vista, principalmente quando están con ira, y miran atentamete.* Plin. lib. 7. c. 2.
Bithynia, Regio minoris Asiæ ad Pontum sita.
Bithyni, populi sunt Bithyniæ ad Bosphorum.
Bithynis, idis, Civit. est Thymiæ Istri fluv. insul. *Pompon.*
Bithynium, vel Bithynum, Civit. in Bithynia, quæ & Claudiopolis.
Bithybus, Jovis, & Traces filius. *Steph.*
Bithon, *Nombre de un varon, que tuvo tanta fuerza, que tenia un toro sobre los hombros.* Cæl. lib. 11. cap. 19.
Bitias, præfectus fuit classis Punicæ. *Livio*
Bitias, & Pandarus, fratres fuerunt ex Alcanore Trojano geniti. *Virg.* lib. 9.
Bitias, alius fuit inter proceres Didonis.
Biton, & Cleobes fratres, Argiæ filii.
Bituitus, Avernorum Rex in Gallia.
Biturgia, urbs Tuscorum *Ptol.* Hodie *Manliano.*
Biturgies, Galliæ Aquitanicæ popul. liberi. *Plin.* eorum opp. Avaricum erat. Vulg. *Bourges in Berri.*
Bituris, Civitas Vasconum Hisp. mediterr. *Ptol. Strab.*
Biumbres, populi sunt quicumque inter Tropicos habitant.
Bizen aut Bizia, Civit. Thraciæ hirundinibus ob Tere nefastum crimen invisa. *Thucyd.* Steph.
Bizon, urbs Traciæ terræ hiatu rapta. *Plin.* lib. 4 cap. 11.
Bizona urbs Pontica. *Steph.*

B ANTE L.

Blabetura, opp. regionis Tarraconensis in Hisp. juxta Pyrenæos montes. *Steph.*
Blacia, Regio prope Cumas. *De quien hace mencion S. Agustin.*
Blaena, trissyllaba vox, regio Ponti, per quam Amnias flumen illabitur. *Strab.* lib. 12.
Blæsus, viri proprium, *Strabo* lib. 2. Sylvarum.
Blagura, mons est Hiberniæ.
Blastus, nomen viri *Act.* 12.
Blathia, opp. Lageniæ in Hybernia.
Blanda, urbs Italiæ in litto e Brutio. *Plin.* l. 3. c. 3.
Blanda, urbs Hisp. citerioris in agro Barcinonensi. Vulg. *Blanes.*
Blanda, civit. est in India. *Strab.*
Blandænon locus non longè à Placentia. *Cic.* ad. Q. Fratrem.
Blande, fluv. Tarraconensis in Hisp. *Plin.*
Blaender, civit. est Phrygiæ majoris. *Ptol.*
Blandina, mons excelsus in Hybernia, à cujus radicibus tres nobiles fluv. *Beria*, *Eyrus*, & *Suyrus* nascuntur.
Blanausia, Sabinensis agri Regio in qua fuit ager Horat. Poëtæ.
Blanono, civit. Liburniæ mediterr. *Ptol.*
Blascon, insula in Galliæ ora in ostio Rhodani. *Plin.* lib. 3. cap. 5. *Strab.* lib. 4.
Blassenses, pop. sunt Hisp. Lusitanicæ. *Plin.*
Blandus, urbs Phrygiæ. *Steph.*
Blandus. *Nombre es de una fuente cerca de Sena, abundante de agua.*
Blavus *Nombre fue de un Romano, que oyendo que su hijo era muerto de los Triumviros, les pidió que le matasen tambien á él, y le enviasen por compañero de su hijo.*
Blemmina, civit Laconiæ mediterranea. *Ptol.*
Blemminates, pop Laconiæ à Blemmina.
Blemmæ, vel Blenæ, aut Bleptæ, pop. monstruosi sunt Africæ, apud Æthiopes. *Plin.* lib. 5. cap. 8.
Blepharo, viri nomen effictum apud *Plaut.*
Bleptæ, pop. Africani sine capitibus. *Pomp.*
Blerani, Italiæ pop. Corthonensibus & Capenatibus vicini. *Plin.* lib. 3. cap. 5.
Blesini, Castellum est Cornicæ insulæ. *Strab.* lib. 5.
Blitere, opp. Galliæ Narbonensis, olim Septumanorum Colonia. *Plin.* lib. 3. cap. 5.
Bliulæi, pop. sunt Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Blutium, Castellum Bithyniæ finitimum.

B ANTE O.

Boa, serpens in Italia ita magnus, ut in occisi ventre repertus sit infantulus. *Plin* lib. 8. cap. 14.
Boactus, fluv. est Liguriæ in Italia. *Serchio.*
Boagrius, Locrensium fluv. qui Tronion urbem præterfluit. *Strab.* lib. 9 & *Homerus.*
Boandius, fluv. Lageniæ in Hybernia.
Boanesge. *San Geronimo dice, que se ha de escribir* Bonercem, *que quiere decir, hijos tronitrui Asi fueron llamados de Christo, Santiago, y San Juan, hijos del Zebedéo* Marc. 3.
Boarium, forum Romæ. *Plin.* lib. 28. c. 2. & lib. 34. c 1. & 2.
Boarmia. *Llaman los de Boecia á Palas,* de boum ad aratrum coaptatione. *Rhod.* lib. 14. cap. 18.
Boaulha, urbs Scythiæ. *Step.*
Boviura, opp. ad Apennini juga situm. *Volat.*
Bobonia, urbs. Italiæ. *Step.*
Bocalium, i. Arcadiæ opp. Megalopoli vicinum. *Plin.*
Bocarus, fluv. est Atticæ regionis. *Strab.* lib. 8.
Bocatius, scriptor Italus, qui genealogiam deorum scripsit, de fluminibus, montibus, præterea fabulas *Volat.*
Bocneis, civit. est Thessaliæ regionis.
Bocchus, fuit Mauritaniæ, & Getuliæ Rex. *Salust.*
Bocchyris vir, qui in Ægypto, juxtè, fideliterque judicasse fertur.
Bochyris, vicus est Mamaricæ Ægypti. *Ptol.*
Bochiana, opp. Trogloditarum. *Plin.* lib. 7. cap. 29.
Boccori, qui & Concordienses, po. sunt Lusitaniæ.
Bocenses Sardiniæ pop. *Plin.* 3. cap. 7.
Bodeni, sunt Sarmatiæ Europæ populi. *Ptol.*
Bodeiria æstuarium maris Britannici. *Ptol.*
Bodiæcomagum, opp. juxta Padum, quod & Industria.
Bodincus fluv. Italiæ: ita Ligures Padum vocant. *Plin.* l. 3. c. 16.
Bodona, per omega, civit. est Perrhebiæ. *Steph.*
Bœa, opp. est Peloponnesi in sinu Argolico. *Plin.*
Bœbe, es civit. est Thessaliæ regionis. *Strab.*
Bœbeis, dis, sive Bœbias, aut Bœbis, locus est Thessaliæ juxta Ossam montem. *Lucan.* lib. 7.
Bœcolicus, mons est Cyrenaycæ regionis. *Ptol.*
Bœemia, Mysiæ Europææ regio, ultra Danubium sita, cujus metropolis est Praga insignis civitas.
Bœnassa, civit. Ponti Galatici Capadociæ. *Ptol.*
Bœnoa, civit. est Peloponnesi. *Strab.* lib. 8.
Bœotia, Græcię in Achaja regio, quę & Aona. *Thuc.*
Bœotus, & Bœoticus, a, um, adject. ut Bœotica sus, & terra Bœotica, ab ingenii pinguedine. *Erasm.*
Bœtius, proprium viri docti, & Senatoris Romani.
Bœtius, Hisp. fluv. ex iisdem nascens locis, è quibus Anas, & Tagus. *Strab.*
Bœtula, civit. est Carię regionis. *Strab.* lib. 14.
Bœtus, ineptus Poëta Tharsensis. *Strab.*
Bœum, civit. est Cretę insulę. *Strab.* lib. 10.
Bogadum, urbs Germanię. *Ptol.*
Bogdomantis, regio est Ponti, sive Bithynię. *Ptol.*
Boges vir Persa, qui ab Atheniensibus obsessus, seipsum interfecit. *Herod.*
Bogud, udis, pen. cor. Regis Mauritanię nomen.
Bogudiana, pars Tingitanę Provincię in Africa. *Plin.*
Boguz, Rex Maurorum, qui Antonii partes sequebatur in Actiaca pugna *Strab.* lib. 8.
Bohilla, opp Italię sic dictum, quòd eo bos intestina vulnere trahens advenerit. *Nonius.*
Bojanum, Samnitium urbs. *Ptol.* Hodie Bovianum. *Bojano en Abbruzzo.*
Boii, pop. Gallię Cisalpinę inter Padum, & Trebiam.

Boii,

Boii, pop. sunt Galliæ Lugdunen. *Plin.* lib. 4. cap. 18. eos quidam Bothonienses esse dicunt.
Boii, idem qui Norini, vel Bavari. *Strab.*
Bojemi, à *Corn. Tacit.* dicuntur, qui *Boemi.*
Boin, opp. est Cyrenes. *Plin.* lib. 5. cap. 5.
Bojohemia, Europæ regio, quæ vulgò *Bohemia.*
Bojon, opp. Dor dis in Achaja. *Plin.* lib. 4. cap. 7.
Bola, oppidum agri Campani in Italia. *Ciudad de Italia. Steph. Liv.* & *Plin.* lib. 3. c. 5. *Virg.* 6. *Æneid.*
Bolani, Corionalis, & Fidenatibus vicini. *Plin.* ibid.
Bolanum, viri proprium *Hor.* in Sermonibus.
Bolba, lacus est propè Sycem, Propontidis opp.
Bolbitinum, Nili fluminis ostium. *Plin.* lib. 5. cap. 10.
Bolbulæ, opp. & insula maris mediterr. *Plin.* lib. 5. cap. 31.
Bolentium, urbs. Pannoniæ superioris. *Ptol.* Vulg. *Rachel Spurg.*
Bolenium, promont. est Britanniæ. *Ptol.* Vulg. *S. Burien.*
Bolia, sive Monasterium Bolense, opp. Conaciæ in Hybernia.
Bolingæ, pop. sunt Indiæ. *Plin.* lib. 6. cap. 19.
Bolinæ, urbs Achajæ. *Steph.*
Bolissus, urbs Æolica, in edito sita propè Chium. *Steph.*
Bologesia, urbs juxta Euphratem, à Bologeso Rege condita. *Steph.*
Bolonia, civit. est Siciliç propè Cantinam.
Bolurus, Thesprotiç civitas.
Bomarei, Asiç pop. à Caspiis Orientem versus incolentes. *Plin.*
Bombina, Nemeç vicus, vide Bembina, & Bembinadia.
Bombos, fluv. est Ciliciç regionis. *Plin.* lib. 5. cap. 27.
Bomi, montes Ætoliç, quorum incolç Bomii dicuntur.
Bomilcar, filius Amilcaris Ducis, & ipse Pçnorum Dux.
Bomitç, opp. in amano monte Syriç Antiochenç.
Bona dea, quam veteres Faunam, sive Faturam, sive Seram dixere. *Alex. ab Alex.* lib. 6. cap. 8.
Bonandria, Syriç urbs, anteà Appollonia dicta.
Bonaventura, Franciscanus Theologus, in Cardinalem ex Generali à Gregorio X. relatus est. *Volat.*
Bonchç, pop. Cereni vicini, inter Eufratem, & Cyri fluv.
Bonchis, civitas est Æthiopiç. *Steph.*
Bondelia, civitas est Tusciç mediterr.
Bonicius, Prçsul Avernensis, vir sanctitate clarus. *Volat.*
Bonifacius, Romanus Pontifex, anno 418.
Bonifacius II. Rom. Pont. anno 530.
Bonifacius III. Pont. Rom. anno 606.
Bonifacius IV. Pont. Rom. anno 607.
Bonifacius V. Pont. Rom. anno 617.
Bonifacius VI. Pont. Rom. anno 896.
Bonifacius VII. *Antipapa.* anno 974.
Bonifacius VIII. Pont. Rom. anno. 1264.
Bonifacius IX. Pont. Rom. anno 1389.
Bonifacius, Rom. sub Dioc. martyrium subjit. *Volat.*
Bonifacius, Britanicus Natione, Prçsul Magontinus apud Physios, & ipse martyr. *Volat.*
Bonifacius, Prçsul Carthaginensis Zenone imperante.
Bonifacius, Prçsul Ferentinus. *Euseb.*
Bonifacius, martyr Bosnensis Othonis III. consanguineus. *Euseb.*
Bonifacius, Africç Comes sub Honorio, Augustino amicissimus. *Volat.*
Bona, civitas est Germaniç propè Coloniam. *Agrip.*
Boni, colles Ætoliç, quorum accolç Bonnenses dicuntur.
Bonochemç, populi sunt Germaniç. *Ptol.*
Bononia, civ. est Italiç non procul à Pado sita. Vulg. *Boloña.*
Bononia, à succesore Bono dicta, cum primùm Felsina diceretur.
Bononia, altera civitas Pannon. superioris. *Ptol.*
Bononiensis, & Bononiense, adject. à Bononia.
Bonosus, Romanorum tyrannus, mirç bibacitatis.
Bonus, Prçsbyt. Rom. sub Valerio martyrum subjit.
Boon, Æthiopiç sub Ægypto. *Ptol.*
Booscœte, Hellesponti urbs, quç & Garmancipolis. *Plin.*
Boosura, urbs est Cypri insulç *Strab.* lib. 14.
Bootes, is, cœleste sidus, quod Arctophilax vocatur.
Borama, Phœniciç urbs, est, haud procul à Beryto, & Byblo.
Borcum, promont. est Hyberniç insulç. *Ptol.*
Borcum, promont. Cyrenes, terminus Syrtis. *Ptol.*
Borcani, pop. Hirpinorum in Italia. *Plin.* lib. 3. cap. 11.
Borcobç, Traciç opp. Eumeniç, & Partheno volcinum.
Boreas, ventus est Aquilo spirans inter Septentrionem, & exortum solstitialem.
Boreostoma, unum ex ostiis Danubii fluminis. *Plin.*
Borgodin, Asiç pop. insulç Asgildç. *Plin.* lib. 6 cap. 38.
Borion, Africç promontorium, quod majorem Syrtim intercludit. *Plin.* lib. 3. cap. 4.
Bormanico, onis, opp. est Galliç Narbonensis. *Plin.* lib. 3.
Bormiscos, regio est Macedoniae. *Steph.*
Boron, opp. Trogloditarum. *Plin.* lib. 6. cap. 29.
Borsippa Mesopotamiae urbs, Dianae, & Appoloni sacra. *Steph.*
Borusci, pop. sunt Sarmatiae Europae. *Ptol.*
Borysthenes, fluv. Scythiae, secundum Istrum omnium maximus. *Steph.* Vulg. *Neper.*
Borysthenes, nomen oppidi, fluv. adjacentis.
Borysthenes, insula Ponti Euxini. *Steph.* Vulg. *Fidonisi.*
Borysthenidae, pop. ad Borysthenem amnem. *Pomp.*
Borysthen us, a, um, adject. ut amnis Borystenius. *Ovid.*
Boryza, civ. est Ponti Euxini. *Steph.*
Bos candida, ins. ac portus maritimus Conaciae in Hybernia.
Bosdegariza, civitas est Capadociae. *Strab.* lib. 12.
Bosgedariza, locus est in confinibus majoris Armeniae. *Strab.*
Bostrata, civitas in Ægypti. *Steph.*
Bosphorarium, portus quidam Bizantii. *Steph.*
Bosphorus, Graeci sine aspiratione melius scribunt.
Bosphororus, Germaniae urbs.
Bosphorus Thracius, est trajectus ad Byzantium. *Estrecho de Constantinopla.*
Bosphorus Tracius stadiis 5. Europam ab Asia disterminat.
Bosphorus Cimmerius, trajectus ad Chalcedona.
Bosphorus Cimmerius, à Cimeriis populis, qui ejus frigidissimam partem incolunt.
Bosphoropolis, civit. in Bosphoro Cimerio sita.
Bosphoranus, & bosphorius, a, um, adject.
Bosphorus, civit. est Ponti Euxini. *Steph.*
Bosta, in sacris, eadem est quae Idumaea.
Bosta, civitas est Sarciniae mediterranea. *Ptol.*
Bostra, viri proprium. *Pili. Italic. Strab.* lib. 3.
Bostra, Phœnicae urbs ad mare sita. *Strab.* lib. 16.
Bostra legio, civit. est Arabiae Petrae. *Ptol.*
Bostrata, Ægypti civitas. *Steph.*
Botachidiae, lacus est Arcadiae. *Steph.*
Botiaei, sive Bottiaei, Thraciae populi. *Plin.* 4. cap. 10.
Botiaeja, civit. est Italiae.
Boteum, per eis, civitas est Phrygiae. *Steph.*
Botrodius, vicus non longè à Segobria. *Polybio.*
Botrys, civitas est Syriae Phaenices. *Plin.* undè.
Botrienses, dicti à Botrys civitate Phœnices.
Bonianum, Samnitum colonia vetus. *Plin.* lib. 3. cap. 12. Vulg. *Bobiano en Abbruzzo.*
Bovianum alterum, cognomine Undecumanorum.
Bovillae, arum, opp. fuit in Latio haud procul ab urbe Roma. *Plin.* lib. 3. *Baduco en Campaña de Roma.*
Bovia, civitas est Libiae interioris. *Ptol.*

B ANTE R.

Brabantia, Provinciae Germaniae interioris, cis Scaldim fluv. in qua emporium Antuerpia. *Bravante.*
Brabasthenes, mons. 10. millibus passuum à Lacedemonia proximus. *Livio.* lib. 4. Belli Macedonici.
Bracarum conventus, unus è septem Hisp. *Plin.*
Bracarense Concilium, celebratum in Decretis.
Bracara, Angusta, civitas Hisp. Vulg. *Braga.*
Bracares, pop. Bracharense juxta Minium fluv.
Brachata Galliae: vide Gallia.
Brachia, vocatur mare Arabicum, quòd plurima in eo brachia, id est, brevia sunt.
Bracmanes, Gymnosophistae, & Philosophi apud Indos fuerunt. *Hieron.*

Brachodis, extrema urbs Africę minoris. *Ptol.* Vulg. *Monexi.*
Bracybios, Dionysius vocat Æthiopes, quod sint brevis vitę.
Brachile, civit. est Ceretanorum. *Steph.*
Brasi, civit. est Laconiæ. *Steph.*
Bractia, seu Bratia, ins. est maris Illyrici. *Plin.*
Bræsi, gens est Macedoniæ. *Steph.*
Bragada, fluv. Africæ, qui juxta Uticam in mare labitur.
Bragæ, ins. quædam sunt desertæ. *Plin.* lib. 6. cap. 28.
Bragodunum, opp. est Rhœticæ regionis. *Ptol.*
Brana, Turbulorum, opp. in Hisp. *Plin.* lib. 3. cap. 1.
Branchiades, Appollinis nomen.
Branchidæ, Appollinis Didymæi Sacerdotes. *Strab.* lib. 14.
Branchidæ, promontorium Joniæ, quod prius Branchidarum oraculum dicebatur.
Branchus, filius Appollinis, ex filia Jaucis, & Sucronis conjuge susceptus. *Lact.*
Branco, pop. sunt Indiæ. *Plin.* lib. 6. cap. 20.
Brandania, portus maritimus Momoniarum in Hybernia.
Brandanici, montes excelsi Conaciæ in Hybernia.
Brandanus, Hybernus, scripsit Angelo dictante regulam Ecclesiasticam.
Brando, Hybernus, scripsit minuta Chronicorum.
Brandeburgum, inferioris Germaniæ civitas.
Branogenium, opp. est Britanniæ. Ptol. *Bangar.*
Brattia, Mœsiæ Provinciæ quæ Pannoni jung tur, ins. est. *Plin.*
Bratuspantium, opp. Bellovacorum Galliæ Belgicæ *Cæs.*
Brauron Atticæ opp. ubi Dianæ Brauroniæ sacellum.
Brasidas, Dux Lacedæmonius.
Braunum, urbs Hisp. *Ptol.* Vulg. *Burgos.*
Bregi, Brege, & Phryges, pop. idem *Strab.* lib. 12.
Bregmentani, Asiæ minoris pop. in Troade. *Plin.*
Bremis, Saxoniæ urbs. Vulg. *Bremen.*
Brenda, à quibusdam Poetis pro Brundusio, brevitatis causa, usurpata. *Fest.* Vulg. *Brunusi.*
Brenno Dux Gallorum, Brenomam Venetiæ urbem posteà Vernam dictam ædificavit.
Brentesium, civit. juxta Adriam. *Steph.*
Brentha, civit. est Arcadiæ. *Steph.*
Brentus. *Hijo de Hercules.*
Brenus, Senonum Gallorum Regulus, & Dux. *Liv.*
Brepium, promont. est. Achajæ. *Plin.*
Bressus, civ. Armeniæ majoris, juxta Euphratem.
Bretena, urbs Italiæ sub Venetia. *Plin.* Vulg. *Brundusi.*
Bretolæus, Lusitaniæ opp. nunc. Britium. *Ptol.*
Bretia. *Region de Italia. Antioco Siracusano escribe, que antiguamente se llamó asi toda Italia.*
Brettos, civit. est Tyrrhenorum. *Strab.*
Brettotia, ins. in Adriatico mari, fluv. habens. *Steph.*
Breuci, Pannoniæ pop. quos Saus amnis præterfluit.
Breuni, pop. inter Alpinas gentes. *Plin. Los moradores del rio Breño en Lombardia.*
Brecomagnus, civit. est Galliæ Belgicæ *Ptol.*
Brianium, opp. est Epiri regionis.
Briantæ, arum, pop. sunt Thraciæ regionis.
Briareus, Cœli, & Terræ filius, Gigantum maximus.
Brias, adis, urbs Pisidiæ regionis in Asia. *Strab.*
Bricinnia, civitas est Ciliciæ, insulæ. *Steph.*
Brienus, cognomento Boromius, Momoniarum Rex, & martyr, ac totius Hyberniæ Monarcha, qui Danos vicit, & ab Hybernia fugavit.
Brendanus Hybernus scripsit de Legibus Monacorum, & revelationes de futuris temporibus.
Brigantes, pop. Hyberniæ. *Ptol.* Vulg. *Los de Ganaforda.*
Brigantinus, lacus inter Alpes Rhætiæ *Solin.* cap. 34.
Brigantium, opp. Rhætiæ regionis. *Ptol.*
Brigantium, opp. Seguisanorum in Græc. Alpibus. *Ptol.*
Brigantium, Hisp. civitas. *Ptol.* Flavium Brigantium. Vulg. *Compostela.*
Brigantium, urbs Cenamanorum. *Ptol.* Vulg. *Brianzon.*
Brigetium, opp. Brigecinorum. Hisp. *Oviedo.*
Brigiani, pop. inter Alpinas gentes. *Plin.* lib. 3. cap. 12.
Brigida, virgo sanctissima Daboti Regis Lageniæ in Hybernia filia, plura scripsit, de quibus *Possevinus.*
Brigida mulier vitæ sanctitate insignis, Romam venit e Suecia. *Volat.*
Brilessus Ægialeus dictus, mons est Atticæ. *Plin.*
Brilettum, mons Atticæ regionis propè Thranem. *Plin.*
Brimo, unum ex nominibus Hecatis.
Brinthion, opp. est Peloponnesi.
Brissa, promontorium in Lesbo, ubi Bacchus colebatur.
Brisabritæ, Indiæ populi, de quibus. *Plin.* lib. 6. cap. 20.
Briseis, Phrygia puella, forma nobilis, quæ ex Lyrnesso Minetis Regia capta, Achilli in sortem cessit.
Briserini, populi sunt Hispaniæ.
Brisæus Bacchus ita dictus à Brisa promontorio.
Brisona, fluvius est Persidis regionis.
Britannia, insula in Oceano Septentrionali, quæ nunc Anglia. Vulgò *Inglaterra* dicitur.
Britannia, ab ortu Germanico, ab Occasu Hybernico Oceano alluitur.
Britannus, Brittanicus, Brito, ejusdem sunt significationis.
Brittani, Galliæ pop. *Plin.* lib. 4 cap. 1.
Brittanicus, Claudii Cæsaris ex Messallina filius. *Suet.*
Brias, opp. ac titulus Baronis in Momoniis in Hybernia.
Britium, opp. Lusitanię in Hisp.
Britius, Archiepisc. Turonensis, Martino, cui aliquando adversarius fuit, successit *Volat.*
Britolagę, pop. sunt Mysię inferioris. *Ptol.*
Britomartis, nomen ejus puellę quam Diana unicè dilexit, quę ob id Britona, & Britomaris dicitur. *Vocat.*
Britones, Gallię populi inter Aquitanos.
Brivates, Gallię Celticę portus. *Ptol.*
Brixentęs, populi sunt Rhętię regionis. *Ptol.*
Brixellum, opp. inter Mantuam, & Cremonem.
Brixia, urbs. Traspadanę regionis à Cenomanis ędificata. Vulgò *Brescia.*
Brixillum, Hetrurię oppidum. *Plin.*
Brodiontii, aut Ebroduntii pop. Alpini sunt. *Plin.*
Bromius, Bacchi cognomen, à fremendo, vel strepitu. *Ovid.* 4. Metam.
Bromus, Centaurorum unus, à Gęneo interfectus. *Ovid.* 12. Metam.
Brondentia, civitas est Germanię. *Ptol.*
Brongus, fluvius in Istrum cadens, post exceptum Angrum. *Herod.* lib. 4.
Brontes, unus Cycoplum Vulcani minister. *Virg.* 8. Æneid. & *Ovid.* 4. Fast.
Bronteus, dictus est Juppiter à bronte, id est, tonitru.
Brosvachia, fluvius Lagenię in Hybernia.
Broteas Lapitharum, unus à Chrynęo Centauro oppressus. *Ovid.*
Broteus, filius Vulcani, & Minervę deformi facie.
Bructuri, *Tac.* Isthevones. *Plin.* pop. sunt qui infra Brusasteri.
Brullitę pop. Asię, qui Epheso tribuuntur. *Plin.* lib. 5. cap. 29.
Brumbestini, pop. sunt Calabrię in Italia. *Plin.* lib. 3.
Brumus Baccus Brumalibus festis nomen dedit.
Brundulum, portus quem Athesis fluvius facit. *Plin.* Vulgò. *Brondolo.*
Brundusium, urbs, & portus Calabrię: à Gręcis Mesapia dicta. *Plin.* Vulgò *Brundisi.*
Brusa, urbs est Bithynię ab Annibale condita. *Plin.*
Brusis, regio est Macedonię. *Strab.*
Brutia, pars est Sicilię. *Steph.*
Bruti, populi Italię Lucanis finitimi. *Strab.*
Brutium, locus est in Ægypto. *Hieron.*
Brutium, promont. Italię. *Ptol.* Vulg. *Busano en Calabria.*
Brutina, urbs est Hisp. *Ptol.*
Brutobria, civitas eadem juxta fluv. Bętim. *Steph.*
Bruti, plures fuere apud Rom. quos à Juno Bruto cognomen accepisse existimatus.
Brutus Junius, primus fuit Consul Rom. qui Reges expulit. *Liv.*
Brutius, a, um, adjectivum à Bruto, ut Brutia signa. *Silv.*
Bruxella, nobilis Bravantię civitas.

Bryanton, civitas est Thesprotiæ. *Steph.*
Bryantica, regio, est in Thracia.
Brayx, sculptor fuit marmorarius. *Plin.* lib. 36. cap. 5.
Bryazon, amnis Asiæ in Bithynia. *Plin.* lib. 5. c. 32.
Bryce, sive Brycei, Thraciç gens. *Steph.*
Briclice, est, civit. mediterranea Ciliciç. *Ptol.*
Bryges, qui & Phryges, pop. Traciç omnium antiq. *Herod.*
Brigantium. opp. Rhętiç regionis. *Ptol.*
Bryges, sive Brygi, populi Thraciç, qui Macedoniam invasere. *Herod.*
Brigas, civit. est Macedoniç. *Steph.*
Brygion, inter urbes Macedoniæ ponitur à *Plin.* l. 4. c. 10.
Bryllium, urbs in Propontide. *Steph.* & Regio Brillis.
Bryon, littus est Cirenaicæ regionis. *Ptol.*
Brysæ, populi sunt Thraciæ regionis. *Plin.* l. 4. c. 11.
Brysani, Cyconum vicini inter Scythicas gentes. *Plin.*
Brysea, civit. Laconiæ, apud *Hom.* à qua Bacchus Bryseus dictus. *Porphyter.*
Brysens, unus ex agnominibus Bacchi, quod est *inundare*, & madefacere.
Brysiæ, populi sunt Peloponnesi. *Hom.*
Brysico, civitas est Armeniæ majoris. *Ptol.*
Brystacia, urbs Oenotorum. *Steph.*
Bryx, & Brige, gens, Macedoniæ Illyriis finitima. *Steph.*

B ANTE U.

Buba, civit. est Armeniæ majoris. *Ptol.*
Buba, civit. est Frentanorum in Italia. *Ptol.*
Bubaganus Constantinopoli Imperatoris Dux, ab Henrico XI. Romanorum Imperatore vexatus. *Blond.* lib. 3. *Decad.* 2.
Babalus, pictor fuit apud Clazomenas civitatem Asiæ. *Acron.*
Bubaris Amyntæ filiam uxorem duxit, anno ab urbe 247. *Just.* lib. 7.
Bubastis Ægypti urbs, in qua Diana colebatur.
Bubastites nomos, est præfectura Egypti. *Ptol.*
Bubasticus, amnis, à Bubasti urbe Ægypti. *Ptol.*
Bubassus, regio & sinus est Cariæ, cujus mulieres ab *Ovid.* lib. 4. Metam. vocantur Bubasides.
Bubejum, natio est, vel opp. Cyrenes. *Plin.*
Bubetani, Campaniæ populi, Coriolanis vicini. *Plin.*
Bubienum, civit. est Germaniæ. *Strab.* lib. 7.
Bubinda, fluv. Hiberniæ. *Ptol.* Vul. *Slaine.*
Bubon, onis, civit. est Lyciæ *Plin.*
Bubona, sive Bubonia, dea boum fuit; sicut Pomona pomorum.
Bubula. Vide Buluba.
Buca, opp. est Frentanorum in quarta Italiæ regione. *Plin.* lib. 3. cap. 12.
Buccanum, opp. est Italiæ *Strab.* lib. 6.
Bucara, civ. Umbriæ juxta flumen Tudertium.
Buccellarii, milites Romani, qui furtis, & latrociniis assuèverunt.
Buccellarius, Gallogræciæ incola.
Buccina, nomen oppidi in Sicilia: à quo nomine etiam insula dicta.
Buce, vel Buges, Bices, vel Biges, lacus est Sarmatiæ in (Europ.
Bucephala, Indiæ oppidum ab Alexandro conditum. *Plin.* l. 6. cap. 20.
Bucephalos, portus Peloponnesi in sinu Saronico.
Bucephalus, equus Alexandri Magni, sic à latitudine frontis, vel aspectu torvo dictus.
Bucherium, civit. est Epiri. *Strab.*
Buchia. Vide *Buthia.*
Bucia, extrema pars Siciliæ. *Ptol.* Hodie *Bruterr.*
Buccina ponitur inter parvas insulas maris Siculi. *Plin.*
Bucolia, civit. Ægypti. *Hieron.* in Hilarionis vita.
Bucolitum, Nili ostium: lege Bolvitum ex *Herod.*
Bucolion, filius Laomedontis. *Hom.* 6. Iliad.
Buda, Ungariæ metropolis est. Vulgò. *Ofen.*
Budea, urbs Phrygiæ. *Steph.*
Budea, civit. Magnesiæ à Budeo condita, quam *Hom.* Budelon vocat. *Steph.* Budiam.
Budei, aut Budi, populi sunt Mediæ. *Herod.*
Hieron, oros, i, *sacer mons* in Creta insul. *Ptol.*
Hieron, promont. est Lusitaniæ. *Strab.* lib. 3.
Hieronesos, insul. est in mari Siculo. *Plin.* lib. 3. cap. 8.
Hieronymus, Siciliæ tyrannus, *Hieroni* patri successit.
Hieronymus, historicus Rhodius, familiaris Dametri Poliorcetis. *Plut.* in Demetrio.
Hieronymus, Philosophus Rhodius, qui summi boni finem posuit in indolencia.
Hieronymus, id est, *sacrum nomen*, viri doctiss. ac sanctiss. proprium.
Hieropolis, urbs una ex tribus, quæ terremotu in Asia reciderunt.
Hierocopolienses, pop. Teuthraniæ Pergameni conventus.
Hieroscoipos, id est, *Sacer sinus*, propè Aradum civitatem est. *Steph.*
Hierosolyma, æ, Hierosolyma, orum, & Hierosolymæ, arum, civitas est Judææ Palæstinæ, quæ & Hierusalem.
Hierosolymitanus, a, um, & Hierosolymites, vel Hierosoliymus, aliquis à Hierosolyma. *Cic. Suet.*
Hierosolymarius, dictus est Cn. Pompejus ab Hierosolymis expugnatis. *Cic. ad Atticum.*
Hierotheus, id est, *sacer deus*, nomen viri proprium.
Hierus, fluv. est Corsicæ, & Sardiniæ insulæ. *Ptol.*
Hii, pop. sunt Panoniæ superioris. *Ptol.* Melius Bii.
Hilarius, Romanus Pontifex, ann. 461.
Hilarius, proprium nomen doctoris Ecclesiastici.
Hilleviones, pop. sunt Scandinaviæ. *Plin.* lib. 4.
Himantopodes, i, Loripides, pop. sunt Æthiopiæ.
Himella, fluv. est Italiæ. *Virg.* lib. 7. *Æneid.*
Himera, civitas Siciliæ. *Silius.* lib. 4.
Himera, fluv. est per mediam Siciliam fluens.
Himma, civitas est Syriæ Seleucidis regionis. *Ptol.*
Hiolcon, opp. in Thessalia, quod Thracenses Æmonii condiderunt. *Lucan.* lib. 3.
Hippa, civitas est Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*
Hidapis, pelagus in Ætiopia sub Ægypto. *Ptol.*
Hiparchus, Astrologus, primus instrumenta mathematica invenit, scripsitque aliqua. *Suid.*
Hiparchus, Poëta comicus, cujus fabula Perigamon, id est, *de nuptiis* inscribitur. *Suid.*
Hiparchus alius, filius Pisistrati tyranni. *Thucyd.*
Hipparchus, quidam Eretriæ tyrannus.
Hipparis, fluv. in Camarina, cujus aquarum pars dulcis, pars salsa est. *Interpres Pindari.*
Hippassos, unus fuit è Centauris.

Hipparus, Philosophus Metaponticus, auditor Pytagoræ fuit.
Hippe, Chironis Centauri filia, in equam conversa.
Hipperides, orator Athenienses, æmulus Demosthenis.
Hippi, promont. est Syrtis magnæ in Africa. *Ptol.*
Hippi, ins. fuit Joniæ adjacens. *Plin.* lib. 5. cap. 29.
Hippia, Minerva dicta est ab Arcadibus. *Paleph.* lib. 2.
Hippias, Eleus Philos. discipulus Hegesidemi.
Hippias, Pisistrati filius, qui in Marathonia pugna cecidit, arma contra patriam ferens. *Cic.* ad Attic.
Hippici: montes sunt in Sarmatia Asiatica. *Ptol.*
Hippini, opp. Cariæ, conventus Alabandici. *Plin.* lib. 5.
Hippion Argos, quod Achaicum dicebatur, Peloponnesi urbs; ab equis deduci videtur.
Hippius, fluv. est Ponti, sive Bithyniæ. *Ptol.*
Hippo Regius, opp. Numidiæ in Africa, Episcopatu D. Augustini insigne, Vulgò *Bona.*
Hippo Diarrhytus. i. Irriguus, opp. quoque Africæ non longè à priori, sic dictum, quòd palustri solo madeat. *Plin.*
Hippo uterque à Græcis equitibus conditus. *Solin.*
Hipponensis ab utraque Hippone deducitur.
Hipponensis sinus, ab Hippone Diarrytho dictus. *Plin.*
Hipponesus, ins. è regione Cariæ in sinu Ceramico.
Hippo Caurasiarum, opp. Bæticæ, in Hisp. *Ptol.*
Hippo, puellæ Bœotiæ nomen. *Plat. in Pelopida.*
Hippo, opp. Locrorum in Brutiis.
Hippocentauri, id est, *equorum stimulatores,* filii fuere Centaurorum. *Diodor. Sicul.*
Hippocoon, cum liberis ab Hercule interfectus.
Hippocorona, civitas est Cretæ insulæ. *Strab.* lib. 10.
Hippocoronium, alia civitas Cretæ. *Strab.* lib 10.
Hippocrates, Cous medicus ita excellens, ut Æsculapio prognatus crederetur. *Suid.*
Hippocrates præter superiorem, Suidas quinque commemorat.
Hippocrates alius, dux Atheniensis in bello Peloponnesiaco. *Thucyd.*
Hippocrane, fons est Bœotiæ propè Heliconem, Musis sacer, juxta qui & Aganippe.
Hippocrene, fons quoque Caballinus appellatur.
Hippocrenides, Musæ ab Hippocrene fonte appellatæ.
Hippodamia, filia Oenomia, Regis Pisæ, ac Elidis. *Serv.*
Hippodamia alia, Brisæ filia: quam Achilles secum adduxit expugnato Lyrnesso oppido.
Hippodamia alia, Anchisæ filia, quæ Alchatoo Trojano nupsit, quem Idomeneus in pugna occidit..
Hippodamus, Milesius, primus eorum qui in Repub. versati non essent, disseruit de optimo civitatis statu. *Arist.*
Hippodorus, dux Atheniensis, unus Codridarum, *Ælian. de Var. Histor.*
Hippodromus, Thessalus genere, patria Larisseus, inter Sophistas refertur. *Philostrat.*
Hippodromus, locus est in Libya circa Canopicum ostium.
Hippola, urbs vetus Laconica, gentile Hippolaites.
Hippolochus, filius fuit Bellorophontis, & Glauci pater.
Hippolocus alius, Antimachi Trojani filius ab Agamemnone interfectus. *Hom.* lib. 11, *Iliad.*
Hippolite, uxor Acasti Regis Magnesiæ, quæ & Cretheis.
Hippolite, Amazonum Regina, Thesei uxor. *Ovid.*
Hippolytus, filius fuit Thesei, & Hippolytes Amazonis.
Hippolytus, dictus fuit Virbius, eo quòd bis vir fuerit.
Hippolytus alius, qui in Danielem, & Proverbia scripsit Comentarios. *Suid.*
Hippomachus, tibicen fuit Atheniensis, de quo vide Ælianum.
Hippomedon, ontis, viri proprium est. *Sil. Ital.*
Hippomenes, Neptuni nepos, Atalantam puella cursu vicit.
Hippomolgi, pop. sunt insulis maris Scythici.
Hipponi, id est, *equorum statio,* locus in Numidia.
Hippona, dea erat equorum, quam stabularii maximè colebant. *Apul.* 2. *Metam.*
Hipponax, Poëta Ephesius à quo Jambicum Hipponactitum, quod & Scazon. *Plin.* lib. 36. cap. 5.
Hipponium, opp. est Brutiorum in Italia: undè
Hipponites, sinus ab eodem Hipponio dictus. Vulgò *Golfo de S. Eufemia en Calabria.*
Hipponiata, sinus Crotonesium, qui Terinæus appellatur.
Hipponitis, stagnum est in Africa propria. *Ptol.*
Hipponesus urbs Cariæ, & alia Lybiæ. *Steph.*
Hippophagi, pop. sunt Sarmatiæ Asiaticæ Persidis regionis Scythiæ, equinos pedes habentes. *Ptol.*
Hippopodes, populi in Scythico Oceano ab equinis pedibus dicti.
Hippotamadæ, vicus in tribu Oenide. *Steph.*
Hippote, locus est propè Heliconem. *Plut.*
Hippotoxotæ, dicti sunt equestres sagitarii, qua voce utitur *Hirtius.* lib. 5 *belli Asiatici.*
Hippuacra, id est equi promontorium, civitas Lybiæ.
Hippuri portus in Trapobana insula. *Plin.*
Hippuris, ins. est una è Cycladibus. *Plin.* lib. 4. cap. 12.
Hippus, mons est Syriæ Curvæ. *Ptol.*
Hippus, mons est & item vicus in Arabia Fœlici. *Ptol.*
Hippus, fluv. est Colchidis regionis. *Ptol.*
Hippus, opp. est Judææ Palestinæ. *Plin.* lib. 5. cap. 15.
Hiypus, ins. Eretriæ: item urbs Siciliæ. *Steph.*
Hipseus filius fuit Asopi fluminis, qui Eteoli in auxilium venit contra Polinicem. *Stat.*
Hispsicatrea, uxor Mithridates, quæ maximè virum dilexit.
Hira, civ. maritima Peloponnesi, juxta Pylum. *Hom.*
Hiracoda, urbs est ins. Arabiæ. *Diod. Sic.*
Hirasa, locus Lybiæ, in quem Afri Batrum transtulerunt. *Steph*
Hirminum, flumen est Siciliæ ins. *Plin.* lib. 3. cap. 8.
Hirpiæ, familiæ sunt non paucæ in Faliscorum agro. *Plin.*
Hirpini, pop. sunt in secunda Italiæ regione. *Plin.*
Hirpini, montes per quos Aufidus fluv. Canusium præterfluit.
Hirus, mons est Asiæ: undè fluit Hermus. *Her.*
Hirtius, vel Hircius, Cons. cum Pansa collega in prælio ab Antonio cæsus.
Hisarci, pop. sunt Alpini. *Plin.* lib. 4. c. 20. Vide Mesauci.
Hismaelitæ, pop. sunt, qui nunc Saraceni dicuntur.
Hispa, fluv. est Siciliæ. *Silius.*
Hispalis, Bæticæ Provinciæ urbs clarissima, Romanorum Colonia cognomine Romulensis. *Plin.* l. 3. c.2. Vulgò *Sevilla.*
Hispalensis, res ad Hispalim pertinens.
Hispalensis conventus, opp. à latere dextro Hispalis.
Hispania, regio Europæ, eadem quæ Iberia, & Hesperia.
Hispania, in duas Provincias dividitur, scilicet, citeriorem, & ulteriorem.
Hispania ulterior, quæ Bætica Provincia cognominatur. Vulgò *Andalucia.*
Hispania citerior, dicebatur etiam Tarraconensis.
Hispania ulterior, aliquandò pro Bœotica, & Lusitania simul intelligitur.
Hispania nobis protulit Quint. Senec. Mart. Silium, Lucanum, Prudentium, Pomponium Melam, & alios doctos innumeros.
Hispanicus, dicitur, qui Hisp. debellavit.
Hispanus, a, um, res ad Hispaniam pertinens.
Hispaniensis est, quod est Hispaniæ extra illam.
Hispaniensis est, quod non est Hispaniæ in illa.
Hispaniense, unum ex Rhodani ostis. *Plin.* lib. 4. c. 4.
Hispellum, opp. est Umbriæ Mediterraneum, à fulgineo lapide; nunc castrum est dirutum. Vulgò *Spello. Plin.* l. 5.
Histi, statio est in Icaria insula. *Strab.* lib. 15.
Histiæa, civitas est Eubœæ insulæ. *Herod.* lib. 8.
Histiæus, fuit Milesiorum tyranus. *Herod.* lib. 6.
Histonium, opp. Italiæ, non procul à monte Gargano. *Pomp.* Vulgò *Estoni.*
Histria, regio non ab Istro amne, sed ab Histro duce dicta, *Cato in Originib.*
Histri, pop. sunt Histriæ regionis incolæ. *Plaut.*
Histricus, a, um, res ad Histriam pertinens.

H ANTE O.

Hoarus fluv. est Mœotiorum, in Mœotidem paludem fluens. *Herod.* lib. 4.

Hodianas, unus è Græcorum præconibus in bello Trojano.
Hodomantica, regio est Macedoniæ. *Ptol.*
Hodomanti, pop. sunt Hodomanticæ. *Herod.* lib. 5.
Hœtichius (quod hic corruptè legebatur). Vide *Tychius.*
Holcades, pop. sunt juxta Iberium fluvium.
Holmiæ, promont. juxta Istum Corinthi est. *Strab.* lib. 8.
Holmiæ, civ. Bœotiæ.
Holmos, civ. est Ciliciæ. *Strab.* lib. 14.
Holopizos, civ. est Cretæ Mediterranea. *Pomp.*
Homathrini, pop. sunt Italiæ.
Homeritarum regio, est in Arabia Felici. *Ptol.*
Homeritæ, pop. Æthiopiæ. *Steph.*
Homerus, Græcorum Poëtarum maximus, & eloquentissimus, & reliquorum Poëtarum fons. *Ovid.*
Homerus, à cæcitate nomen sortitus, cum prius Melesigenes diceretur: aliquid lippum tantum fuisse dicunt.
Homeri patria incerta est, nam *Septem urbes certant de stirpe insignis Homeri, Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamin, Ios, Argos, Athenæ.*
Homericus, a, um, adject. quod Homeri est.
Homeridæ familia apud Chios illustris.
Homeromastrix, Homeri flagellum, cognomen Zoili cujusdam.
Homole, civ. est Thessalorum in Macedonia. *Ptol.*
Homole, mons est Magnesiæ, sive Thraciæ. *Strab.*
Homolion, opp. est Magnesiæ. *Plin.* lib. 4. cap. 9.
Homolides, portæ sunt Thebarum Bœoticarum.
Homonades, populi sunt in confinio Ciliciæ, & Pamphiliæ. *Strab.* lib. 8.
Homœnea, Latinè *Concordia,* proprium mulieris Romanæ.
Honorius, viri proprium est apud *Catullum.*
Honorius Romanus Pontifex, ann. 625.
Honorius II. Rom. Pont. ann. 1124.
Honorius III. Rom. Pont. ann. 1216.
Honorius IV. Rom. Pont. ann. 1285.
Honoriades, patronimicum ab Honorio fecit *Claudianus.*
Horatius Cocles, Rom. vir claris. sic dictus, quòd in prælio alterum oculorum amiserit, quasi *Ocles.*
Horatius Bulbillus, qui ædem Jovis Capitol. dedicavit.
Horatii alii tres fuere, qui cum Curiatiis Albani congressi sunt.
Horatius, Poëta Venusinus Lyricorum scriptor. *Crin.*
Hormenium, sive Ormenion, civ. est Magnesiæ.
Hormiæ, opp. Italiæ, quod postea Formiæ.
Hormina, sive Ormina, opp. Pelopon. *Strab.* lib. 8.
Hormisda, Rom. Pont ann. 514.
Hormius, sive Hormias, fluv. est Bœotiæ.
Hornoi, pop. sunt non longè à Corintho. *Steph.* lib. 13.
Horodis, Rex Parthorum qui M. Crassum occidit.
Horomasdes, Jovis apud Chaldœos nomen. *Sipont.*
Hortanum, opp. est Hetruriæ. *Plin* l. 3. c. 5. Vulgò *Horti.*
Hortenses, cognomine Urbinates, pop. Umbriæ in Italia.
Hortensia, Hortensii Romanii filia eloquentissima.
Hortensius, Romanus Orator, causarum Rex ob eloquentiam dictus. *Cic in Bruto.*
Horus, Isidis fuit filius.
Horus, Assyriorum Rex. *Plin.* lib. 30 cap. 15.
Horus ab Ægyptis dicitur Sol. *Boccat auctore.*
Hossa, Tuscorum fluv. *Ptol.* Vulgò *Martha.*
Hostia, puellæ nomen, quam à se amatam *Propertius* Cinthiam dixit.
Hostiones, pop. juxta Oceanum Occidentalem. *Steph.*
Hothia, portus maritimus Ultoniæ in Hybernia.

H ANTE U.

Hucuca, civ. est in Tribu Nephtali. *Jos.* 19.
Hugo, Italiæ Rex. *Dult.* lib. 13. c. 14.
Huldenticus, Corinthiorum Princeps, circa annum salutis (1173.
Hunni, pop. sunt Septentrionales Scythiæ Europææ.
Hunni, pop. à quibus Ungaria dicta *Blond.*

H HNTE Y.

Hya, opp. est Phœcensium. *Hom.* 2. *Illiad.*
Hyacintha, orum, sacra nocturna à Lacedemoniis instituta in honorem Hyacinthi pueri, ab Apoline disci jactu interfecti. *Ovid.* lib. 30. *Metam.*
Hyacinthus, Amiclæ filius, ab Apoline disco necatus.
Hyades, stellæ septem in cornibus, & ore Tauri.
Hyades, quoties nascuntur, vel occidunt, pluvias creant.
Hyades, erant Atlantis septem filiæ, à Jove in stellas versæ.
Hyadum nomina, Ambrosia, Eudora, Pasithoë, Coronis, Plexauris, Pytho, & Tyche sunt.
Hyæa, urbs Lacrorum Ozolarum gentile Hyæsus. *Steph.*
Hyæla, opp. est Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Hyale, Nympha una ex comitibus Dianæ. *Ovid.* 2. *Metam.*
Hyalus, flumen ab Homero celebratum. *Strab.* lib. 11.
Hyamea, urbs Messeniaci agri, una ex quinque. *Steph.*
Hyamion, urbs Trojana: gentile Hyamius.
Hyampolis, civ. est Bœotiæ in Achaja. *Ptol.*
Hyampolis, eadem quæ Hya, Phœcensium oppidum.
Hyantes, pop. qui posteà dicti Bœotii.
Hyanthius, a, um, sive Hyanthæus, a, um, pro *Bœotius.*
Hyapea, urbs Phocidis ab Hyapo: civis Hyapeus. *Steph.*
Hyarotis, Indiæ fluvius, qui miscetur Ascesinæ. *Strab.*
Hyas, filius Athantis, & Æthræ, puer formossisimus. *Ovid.* lib. 5. *Fast.*
Hyas, antis, regulus Bœotiæ, à quo Hyantes populi dicti.
Hydeti, pop. sunt Galliæ Narbonensis. *Strab.*
Hybanda, insula Joniæ. *Plin.* lib. 2. cap. 89.
Hybele, civitas prope Cartaginem.
Hybernia, insula est in Atlantico Oceano mari non longè à magna Britannia sita, atque post eandem insularum maxima: habet Hispaniam ab Austro, Britanniam majorem ab Oriente, solum Oceanum ab Occidente, ab aquilonari verò partes Islandiam: longitudine ad tercentum, & triginta milliaria Hybernica, latitudine ad centum & sexaginta extenditur. *Cambrensis.* Vulgò *Irlanda.* Nonnulli scribunt *Hybernia,* alii *Ibernia.*
Hybernia, dividitur in quinque Provincias, nempè duas Momonias, Conaciam, Ultoniam, & Lageniam, ac Mediam particulam mediterraneam. *Cabrensis.*
Hybernia, sanctorum insula, santissimorum, doctissimorumque virorum officina & patria. *Guliman.*
Hybernia, ab hyberno tempore, propter magnitudinem hyemis, ut quidam asserunt, dicta: juxta alios autem, qui per *I* sine adspiratione scribunt, ab Ibero Hispaniarum Principe, aut fluvio dicta. *Cambrensis.*
Hybernia, à Scota regina, Scotia dicta. *Cambrensis.*
Hyberni, populi sunt Hyberniæ incolæ.
Hyberni Fidei Catholicæ tenacissimi. *Baron.*
Hyberni ab Hispanis originem trahunt. *Julianus Pertus.*
Hybernus, Hybernicus, Hybernensis, Hybernia ortus, aut ejusdem incola.
Hybernense Concilium celebratur à Gratiano, cap. *Presbyteri* 5. dist. 82. ex impresione Lugdunensi, ann. 1606.
Hybernense secundum Concilium, ann. 1542. sub Christiano, Episcopo Lismorino, & totius Hyberniæ Legato, refert *Flatesburius.*
Hybernense tertium Concilium, ann. 1172. sub Alexandro III. celebrat. *Baronius.*
Hybernia, Hyberne, ierna, & iera nomina sunt Hyberniæ *Claudianus, & alii.*
Hyberus, Vide *Iberus.*
Hybla, oppidum est Siciliæ Mediterraneum, Megara quoque dictum. *Ptol.* Vulgò *Mirilli.*
Hybla, mons oppido proximus, thymo abundans: undè.
Hyblæus, a, um, sive Hyblacensis, res illius oppidi, aut montis.
Hyblon Siciliæ tyranus, qui Hyblan condidit.
Hybreas orator ex Mylasis Cariæ urbe, ob eloquentiam, & sapientiam celebris.
Hybrianes, pop. sunt Ponti Euxini accolæ. *Strab.*
Hycaron, oppidum Siciliæ. Laidis patria.
Hyda, opp. Lydiæ juxta Timolum montem.
Hydara, civ. est in confinibus Armeniæ. *Strab.* lib. 12.

Hy-

Hydareæ, populi Indicl. *Steph.*
Hydarnes, nobilis Persa, qui cum Dario in Magnum conjuravit Smerdim. *Strab.* lib. 11.
Hydaspes, fluv. est Medorum, in Indum defluens.
Hydata, civ. est in Dacia. *Ptol.*
Hydaticus, Oceanus in Æthiopia interiori.
Hyde, es, quæ posteà Sardis cognominata. *Plin.*
Hydee, es, opp. Bœotiæ. *Strab.* lib 9.
Hydissa, sive Hydissus, opp. est conventus Alabandici. *Plin.* lib. 5. cap. 29.
Hydisenses, pop. sunt ab Hydissa cognominati.
Hydra, oppidum Ætholiæ, quod posteà Lysimachia. *Strab.*
Hydra, serpens fuit multorum capitum in Lerna palude, cui aliquot scissis, totidem renascebantur.
Hydra, ins. est adjacens Africæ propriæ. *Ptol.*
Hydra, opp. est Mediterraneum Cyrenaicæ. *Ptol.*
Hydra, civ. & prom. est Æolidis in Asia propria. *Ptol.* & *Strab.*
Hydraces, pop. sunt Persarum. *Strab.* lib. 15.
Hydramia, urbs Cretæ, civis Hydramicus. *Steph.*
Hydrea, ins. juxta Trœcenem: gentile Hydreates. *Steph.*
Hydrilicæ, pop. sunt conventus Cybiratici. *Plin.* lib. 5.
Hydria, ins. in Adria. *Pomp.* lib. 2. cap. 7.
Hydrias, regio unde Marsyas defluit. *Herod.* lib. 5.
Hydrochous, signum cœleste, id est, *Aquarius.*
Hydrus, untis, sive Hydrunum, opp. Calabriæ. Vulgò *Otranto.*
Hydrussa, ins. quę posteà Andros picta. *Plin.* l. 4. Vulg. *Andro.*
Hydrusa, item cognominata Tenos ob aquarum abundantiam. Vulg. *Tine.*
Hydrusa, civ. est in Attica regione. *Strab.*
Hyela, civ. est Italiæ à Phocensibus condita. *Strab.*
Hyerus, Vide Hyreus.
Hyettus, vicus Bœotiæ, ab Hyetto quodam Argivo. *Steph.*
Hyginus, Pontifex Romanus, ann. 152.
Hygris, civ. est Sarmatiæ Europææ. *Ptol.*
Hylactor, canis Actœonis nomen *Ovid.* lib. 3. *Metam.*
Hylea, terra est Scythiæ. *Herod.* lib. 4.
Hylei, pop. Scythiæ, per quod labitur Hypanis fluvius.
Hylæum mare, quo Hylæa regio alluitur. *Herod.* lib. 3.
Hyleus, vicus est in Attica regione, de quo *Papinius.*
Hylæus, unus è Centauris, à Pirithoo invitatus ad nuptias, *Virg.* lib. 8. *Æneid.*
Hylami, urbs Lyciæ: gentile Hylamites. *Steph.*
Hylas, lacus & fluv. Bithiniæ. *Solin.* cap. 34.
Hylas, puer unicè ab Hercule dilectus. *Valer. Flac.*
Hylatæ, populi Syriæ Cœles. *Plin.*
Hyle, opp. est Bœotiæ, celebre apud *Homerum.*
Hyle, urbs Cypri ubi Apollo Hyletes colitur. *Steph.*
Hylleessa, dicta paros, una Cycladum. *Steph.* Vulgò *Pario.*
Hyllis, peninsula Dalmatiæ, sive Liburniæ. *Plin.*
Hylluala, vicus Cariæ, ubi Hyllus interiit. *Steph.*
Hyllus, qui & Phrygius, fluv. est Phrigiæ. *Strab.* lib. 13.
Hyllus, filius Herculis ex Melita, Ægei fluminis filia.
Hylus, simplici *l*, filius Herculis ex Dejanira. *Ovid.*
Hylonome, fœmina Centaura, & biformis. *Ovid.* lib. 12.
Hymani, pop. sunt Illirica regione. *Plin.* lib. 3.
Hymela, fluv. apud *Virg.* lib. 7. *Æneid.*
Hymenæus, antiquis deus nuptiarum putatus est.
Hymera. Vide *Himera.*
Hymeræus, aut Himeræus, a, um, res ad Himeram pertinens.
Hymettus, mons est Atticæ regionis propè Athenas.
Hymettitius, a, um, res ad Hymettum pertinens. *Horat.*
Hymdos, oppidum est conventus Alabandici. *Plin.* lib. 5.
Hyope, urbs Matianorum: gentile Hyopeus. *Steph.*
Hypacaris, fluv. qui per Nomadas Scytas labitur. *Pomp.*
Hypæa, sive Hypea insula, una è Stœchadibus. *Plin.*
Hypæpæ, civ. est Lydiæ, seu Mœoniæ. *Ptol.*
Hypæpanus, a, um, res ad Hypepas pertinens.
Hypana, urbs Tryphyliæ: gentile Hypanæus. *Strab.* lib. 8.
Hypania, civ. est Elidis in Peloponneso. *Ptol.*
Hypanis, fluv. Sarmatiæ per Hylæos fluens. *Herod.*
Hypanis, fluv. quoque Indorum est. *Solin.* cap. 65.
Hypanos, ins. est una è Cycladibus in Ægæo.
Hyparchus, Philosophus, qui de syderibus, & temporibus anni scripsit interp. *Primus.*
Hyparthus, opp. est Bœotiæ. *Strab.*
Hypasii, pop. Orientales. *Strab.* lib. 15.
Hypata, civ. est Thessaliæ in Macedonia. *Ptol.*
Hypatia, mulier Alexandrina Theonis Geometræ filia, & uxor Isidori Philosophi, quæ varia disciplinarum genera professa est. *Suid.*
Hypathes, Phœniciæ amnis est. *Plin.* & *Pomp.*
Hypeleus, civitas est minoris Asiæ. *Strab*
Hypenor Princeps Trojanus, quem Diomedes occidit.
Hypenus athleta, qui primus Diaulo vicit. *Paus.*
Hyperborei, montes Septentrionales Sarmatiæ, sic dicti, quòd supra Boreæ flatum siti esse crederentur. *Ptol.*
Hyperborei item illorum accolæ.
Hyperdexio, regio Lesbi est, ubi Juppiter Hyperdexius, & Minerva Hyperdexia coluntur. *Steph.*
Hyperea, fons est celeberrimus in Thessalia. *Plin.* lib. 4. cap. 8.
Hyperechius, Alexandrinus Grammaticus, sub Martiano Principe. *Suid.*
Hyperesia, quæ Ægira, opp. est Achajæ. *Hom.*
Hyperia, ins. est una è Cycladibus. *Plin.*
Hyperides, Atheniensis orator, æmulus Demosthenis. *Plut.*
Hyperion, onis, aliis Solis pater, aliis Sol ipse, quòd est super terras. *Ovid.* lib. 1. *Fest.*
Hyperionius, a, um, ut currus Hyperionius. *Valer. in Att.*
Hypermnestra, filia Danai, quæ sola Lynceo viro pepercit. *Ovid. in Epist.*
Hypernotii, pop. ultra Notum ventum siti.
Hyphali, stationes sunt in Cyrenaica regione. *Ptol.*
Hyphormus, portus est in Achaja. *Ptol.*
Hyphormus, portus est quoque Italiæ. *Strab.*
Hypius, urbs est, & fluv. sub Pontica Heraclea. *Steph.*
Hypobarus, Indiæ fluv. juxta quem arbores electrum producunt.
Hypocalois, urbs Ætholiæ in Europa. *Steph.*
Hypoleo, promont. est Scythiæ. *Her.* lib. 4.
Hypsa, fluv. est Siciliæ insulæ. *Ptol.*
Hypsaltæ, pop. sunt Thraciæ, alii à Bisaltis. *Plin.*
Hypsea, Medeæ mater: item proprium cujusdam fœminæ cæcutientis.
Hypselis vicus Ægypti, cujus cives Hypselitæ. *Steph.*
Hypsenor, filius magnanimi Dolopionis. *Pomp.* 5. *Iliad.*
Hypsicratea, uxor fuit Mithridatis Regis Ponti. *Plut.*
Hypsile, civ. est Metropolis in Ægypto. *Ptol.*
Hypsiliotes, nomos præfectura in eadem. *Ptol.*
Hypsipile, filia fuit Thoantis Regis Lemni.
Hypsipylea telus, dicuntur Lemnos ab Hypsipyle.
Hypsistæ, Thebarum Bæotiorum portæ. *Stat.*
Hypsitanææ aquæ, sunt in Sardinia insula. *Ptol.*
Hypsizorus, mons est Macedoniæ *Plin* lib. 4. c. 10.
Hypsus, Lycaonis filius, condidit Thyræum Arcadiæ urbem. *Steph.*
Hypsus, Arcadiæ urbs. *Steph.*
Hyrcaniæ, Regio est Septentrionalis Asiæ; undè.
Hyrcani, pop. illius regionis cognominati.
Hyrcanum mare, quod & Caspium, quod *Ptolomæus* lacum facit. Vulgò *Mar de Bacán.*
Hyrcanus, mons, portio montis Tauri.
Hyrcanum, Judææ oppidum, ab Hyrcano Principe dictum.
Hyræus, pauper quidam Bæotius pastor, qui Jovem, Mercurium, & Neptunum hospitio excepit, ab eisque filium Orion suscepit. *Ovid.*
Hyria, regio prope Aulidem. *Steph.*
Hyria, ins. est in Jonio sinu. *Strab.* & *Pomp.*
Hyria, civ. est Isauriæ juxta Seleuciam: undè.
Hyrienses, pop. ab Hyria Isauriæ dicti. *Plin.*
Hyria, urbs Apuliæ, juxta sinum Adriaticum. *Ptol.* Vulgò *Orca, en tierra de Otranto.*
Hyria, æ, opp. est Bæotiæ celebratum. *Plin.*
Hyria, appellata est, quæ posteà Zacynthus ins. Vulg. *Zante.*
Hyria, lacus ab Hiria cognominatus.
Hyrini, Hirpinorum sunt opp. in Italia. *Plin.*

Hyr-

Hyrmina, locus est in Achaja. *Strab.* lib. 8.
Hyrnithium, parva regio in Epidauro. *Steph.*
Hyrpi, pop. sunt Italiæ juxta Soractem. *Solin.*
Hyrti, pop. sunt Septentrionales. *Plin.* lib. 4.
Hyrtacides Nisus dictus ab Hyrtaco patre.
Hyrtacus, vir fuit Trojanus ex Ida monte. *Virg.*
Hysia, æ, vel Hysiæ, arum, urbs est Bœotiæ. *Strab.* lib. 9.
Hystaspes, Darii Persarum Regis ex Attosa uxore filius.
Hythmitæ, pop. juxta Liburnos, & Cyopios. *Steph.*

DE LITTERA I.

IA, fuit nomen filiæ Atlantis *Hom.* lib. 14. *Odyss.* & Latinè *vox* dicitur.
Jambis, sive Jambisus, opp. Phœnices, quod Jeba.
Jabri, pop. sunt Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Jabruda, civitas est Syriæ in Laodicena regione.
Jacca, civ. est Vasconum in Hispan. *Ptol.*
Jacchus, nomen est Bacchi ab *Jaccho*, id est, *clamo. Virg.* 6. *Eglog.* 7.
Jacob, viri proprium, Latinè *atleta* interp.
Jader, fluvius Illirici in Adriaticum mare fluens.
Jader, sive Jadera, opp. Dalmatiæ, sive Illirici. Vulg. *Zara.*
Jader, fluvius Dalmatiæ in Adriaticum mare profluens, juxta quem est opp. Jadera. *Lucan.* lib. 4.
Jedi vicus est Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Jadoni, pop. sunt Galleci conventus Lucensis.
Jadua, fluv. est Germaniæ magnæ.
Jetia, civitas est in Sicilia insula. *Steph.*
Jagath, opp. est Mauritaniæ Tingitanæ. *Ptol.*
Jalisos, civ. est Rhodi insul. *Pomp.* lib. 2.
Jalisus, a, um, res ad civitatem illam pertinens.
Jamba, civitas est Babyloniæ regionis. *Ptol.*
Jambia, vicus Arabiæ Fœlicis.
Jamblichus, Pythagoricus Philosophus è Chalcide Syriæ, Porphyrii discipulus Constantini Magni tempore.
Jambrasus, Samus, à fluvio sic dicta. *Steph.*
Jamæ pop. sunt Scythiæ Asiaticæ. *Steph.*
Jamessais æstuarium Britannici maris, in quod Temesis fluvius ilabitur. *Cæsar.* & *Plin.* lib. 1. cap. 3.
Jamnia, opp. est Palestinæ, aut vicus. *Strab.*
Jamnelorum, portus in Palæstina. *Ptol.*
Jamnia, civitacula est Phœnices. *Steph.*
Jamno, civit. est minoris Balearis insulæ. *Ptol.*
Jana, primum dicta fuit, quæ deinde Diana, d. littera appositione appellata est, ut ait *Nigidius.*
Janæicoloni, quos Janus Pater in Hyrcaniam transtulit.
Janassa, Nympha dicta est, à suaviter regendo.
Janassum, opp. est Celticæ gentis in Hisp. *Pomp.*
Jangacaucani, pop. sunt Mauritaniæ Tingitanæ.
Janicula, cognominata fuit Italia à Jano Deo.
Janiculum, colonia quam Janus posuit ad ripas Tyberinas.
Janiculum, mons Romæ, ubi quondam Antipolis, sive Ænespolis. *Plin.* lib. 3. cap. 5
Janiculum, opp. non procul à Roma.
Janiculum, colonia à Jano in Mesopotamiam sub Babylonia traducta.
Janira Nympha Oceani, & Tethyos filia. *Hesiod.*
Jannes, nomen incantatoris, ex eorum numero, qui Mosi restiterunt, cùm signa faceret coram Pharaone, 2. *ad Timot.* 3.
Janta, puella Cretensis, uxor Iphidis, qui ex fœmina in marem mutatus est. *Ovid.*
Janalis, porta Romæ, Jano dicta, quæ semper clausa permanebat, nisi cùm bellum foret.
Janus, antiquissimus Ital. Rex, bifrons à gemina fronte dictus.
Janum, Romani omnibus januis præfuisse ferunt, ob idque clavigerum vocarunt.
Janus, quadrigeminus, etiam, & Junonius appellatus, quasi Kalendarum, quæ Junoni dicatæ sunt, princeps.
Janus, lucus erat Romæ, ubi fœneratores consistebant è regione Basilicæ. *Ovid.*
Jani templum Romæ belli tempore aperiebatur, pacis claudebatur. *Servius.*
Jani, templum Romæ fuit ad infimum Argiletum.
Janalis, pen. prod. adject. ut virga Janalis.
Janxuatus, civitas est Lybiæ. *Steph.*
Jaolchos, civ. Magnesiæ, quæ etiam Jolchos.
Joanes, pop. commilitones Leonidæ. *Strab.*
Japetus, Cœli, & Terræ filius, Promethei pater.
Japidia, regio est finitima Venetiæ regionis. Vulgò *Carsoda.*
Japides, pop. sunt Venetiæ regionis. *Strab.* lib. 7.
Japis, idis, vir Ætolus, qui in regione Venetiæ, opp. de nomine suo condidit. (*Otranto.*
Japygia, regio est Apuliæ, in finibus Italiæ. Plin. *Tierra de*
Japyges, pop. sunt Jupigiæ regionis.
Japigium, promont. Apuliæ, quod, & Salentinum dicitur. Vulgò *Cabo de Santa Maria en tierra de Otranto.*
Japyx, Dædali filius, à quo Japiges pop. *Solin.*
Japyx, ventus est ex Italiæ ora proficiscens, qui & Caurus.
Jarbas, Jovis, & Garamantidis Nymphæ, filius, Getulorum Rex. Vide *Virg.* lib. 4. *Æneid.*
Jarcas, sive Jarchas, Indorum Philosophorum Princeps.
Jarcicus, mons est Mediæ. *Diod.* lib. 3.
Jardanus, fluv. est Peloponnesi. *Hom.* & *Strab.*
Jarnos, locus non longè à Chersoneso Thraciæ.
Jersath, opp. est Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*
Jarzeta, civ. est Libyæ interioris. *Ptol.*
Jas, pars Illyriæ, quæ posteà dicta est Jonica. *Strab.*
Jasa, civ. quæ imminet Rubro mari, ubi est terminus. Provinciæ Moabitarum.
Jasis, idis, dicta est Atalanta, ab Jasio patre. *Virg.*
Jasius, Jovis, & Electræ filius, Dardani frater. *Virg.*
Jason, filius Æsonis, fratris Peliæ, Thessaliæ Regis.
Jasonis, res gestas referunt *Val. Flac. Justinus, Diod. Sicul.*
Jasonium, promont. est Ponti Polemoniaci in Cappadocia. Hodie. *S. Thomas.*
Jasonius, mons est Mediæ. *Ptol.*
Jaspis, opp. est Hisp. citerioris: undè Jaspenses. *Ptol.*
Jasum, opp. Peloponnesi: unde Jasides populi.
Jassi, pop. sunt Pannoniæ superioris. *Ptol.*
Jassius sinus, à Jaso oppido eodem dictus. *Plin.*
Jassus, ins. est Cariæ, cum opp. ejusdem nominis. *Steph.*
Jassus, civ. est Armeniæ minoris. *Ptol.*
Jassus, civ. est Babyloniæ. *Solin.* cap. 22.
Jathrippa, civ. est Arabiæ prope Ægram. *Steph.* (*Meaux.*
Jatinum, civ. est Meldensium in Gallia Lugdunensi. Vulgò
Java, Hispaniæ civitas. *Ptol.*
Jaxamatæ, pop. sunt Sarmatiæ Asiaticæ. *Ptol.*
Jaxamatæ, pop. ad paludem Mœotidam. *Steph.*
Jaxartes, fluv. est per deserta Scythiæ fluens.
Jaxartes, fluv. est Bactrianorum in Asia.
Jaziges Metanastæ, pop. sunt Septentrionales Europæ. Vulgo. *Septem castra, vel Transylvani.*

I ANTE B.

Ibagia, opp. Ultoniæ in Hybernia, & Vicecomitis titulus.
Iberia, regio est Asiæ, finitima Colchis, & Albanis. Vulgò *Georgia.*
Iberi, secundùm aliquos ab Iberis, hoc est, Hispanis primo culta & habitata.
Iberes, pop. sunt ejus regionis incolæ.
Iberias, à Græcis cognominata, quæ à nobis Hispania.
Iberia, pars est Hispaniæ, quæ infrà Iberum fluv. continetur. *El Reyno de Aragon.*
Iberi, pop. sunt Iberiæ, hoc est Hispaniæ.
Ibericum mare, quod alluit Hispaniam à Meridie
Iberiacus, a, um, sive Ibericus, res ad Iberiam pertinens, ut terræ Iberiacæ. *Silius.* lib. 3.
Ibernia, vide Hybernia.
Iberus, Rex Hyberniæ, à quo nomen (ut quidam volunt) sortita est. (Vulgò *Ebro.*
Iberus, fluv. Hisp. citerioris, à quo Iberia dicta est Hisp.
Ibertes, fluv. est Sami, ins. Joniæ. *Plin.* lib. 5.
Ibetha, civ. est Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Ibricania, opp. ac titulus Baronis in Momoniis.
Ibycus, Rheginus Poëta, de quo *Erasmus in Proverb.*
Ibylla, urbs Tarthessiæ: cives Ibyllini. *Steph.*

I ANTE C.

Icadius, prędo fuit cujus fatum describit. *Cic. in lib. de Fato.*
Ica-

Icadistæ cognominati sunt Epicuri Philosophi. *Athenæus.* lib. 17.
Icaria, ins. est inter Barmum, & Naxon in mari Icario. Vulg. *Nicaria.*
Icarium mare ab hac insula dictum; non ab Icar Dædali filio, ut Poëtæ fabulantur.
Icaris, idis, & Icariotis, idis, dicta est Penelope. *Ovid.*
Icarius, Atheniens. Oëbali Laconum Regis filius, & Penepoles pater, in Bootem astrum cœleste versus.
Icarius, mons est Atticæ regionis. *Plin.* lib. 4. cap. 7.
Icaros, ins. eadem quæ Icaria.
Icarus, Dædali filius in mare decidens, Icario mari nomen dedit. *Ovid. Icarus Icarias nomine fecit aquas.*
Icesitani, pop. sunt Lusitaniæ in Hispania.
Ichana, opp. Siciliæ, gentile Ichanius. *Steph.*
Ichanenses, opp. sunt Siciliæ stipendiarii. *Plin.*
Icharas, ins. adjacens Arabiæ in sinu Persico.
Ichnæ, pop. est in ora Macedoniæ. *Plin.* lib. 4. cap. 8.
Ichthyoësa, insul. est, quę posteà dicta Icaria, nunc *Nicoria.*
Ichthyophagi, id est, *piscibus viventes,* pop. sunt Indorum. *Strab.*
Ichthyophagi, pop. sunt Æthiopiæ interioris. *Ptol.*
Ichthyophagi, pop. sunt Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Ichtys, promont. est Elidis in Achaja. *Thucyt.*
Icium navale, prom. Belgicæ, undè Cæsar in Britanniam trajecit. Vulgò *Cales.*
Icoana, opp. est Cariæ in Asia. *Ptol.* Melius Bitona.
Iconium, opp. est Bœticæ, conventus Gaditani. *Plin.*
Iconi, pop. sunt Provinciæ Narbonensis *Strab.* lib. 4.
Iconium, oppidum Lycaonie *Strab.* lib. 12.
Iconium, oppidum in Cappadocia.
Iconium, oppidum in Asia Pontica.
Iconium, opp. est Ciliciæ, in quo Cic. se habitasse ait. Vulgò *Coni.*
Icos, insul. una est Cycladum Eubœæ proxima. *Steph.*
Icositania, regio est contributa Ilicis. *Plin.* lib. 5.
Icosium, opp. Mauritaniæ Cæsariensis. *Solin.*
Icosion, onis, opp. idem quod Icosium. *Plin.* lib. 5. cap. 2.
Icositanus Episcopus, Legatus Provinciæ Mauritaniæ Cæsariensis, ex Consilio Carthaginensi.
Ictimulorum, vicus ex juxta Vercellas.
Ictus, Tarentinus palæ trita nobilis, omni vita Veneris expers, ut arti accommadatior esset. *Ælian.*
Icus ins. est contra Magnesios *Strab.* lib. 9.

I ANTE D.

Ida, sylva Trojana, judicio Paridi de Pomo aureo nota.
Ida, altera sylva Creteæ, ubi nutritus fuit Juppiter.
Ida, mons est Æolidis. *Plin* lib. 5 cap. 30.
Ida appellata fuit Dardani Scytarum Regis filia.
Ida, viri Trojanorum præconis proprium. *Hom.*
Idæa privus vocata est, quæ postea Creta. *Diod.* Vulg *Candia.*
Idæa, civ. Lycaoniæ in confinibus Galatiæ.
Idœi Dactyli, pop. fuerunt Cretæ ins. *Plin.*
Idæus, a, um, res ad Idam pertinens, ut Idæum nemus.
Idæus, Rhodius versificator, scripsit Rhodiorum res gestas.
Idicus, a, um, possessivum ab ida monte. *Plin.* lib. 16.
Idalis, opp. est in Troade. *Plin.* & *Lucan.* lib. 3.
Idalium, Cypri ins. opp. Veneri sacrum.
Idalus, mons est Cypri, ad cujus radices situm Idalium.
Idalius, a, um, adject. ut Venus Idalia. *Virg.*
Idanthyrsus, Rex Scytharum, qui bello res magnas gessit.
Idara, civit. est Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Idara, civit. Syriæ curvæ. *Ptol.*
Idas, Aphariæ filius, virorum sui sæculi formosissimus.
Idaspes, fluv. qui suprà Hydaspes.
Ideondi, pop. sunt Alpium incolæ. *Strab* lib. 4.
Idetania, sivè Edetania, regio Hisp. citerioris.
Idetes, pop. Iberici. *Steph.*
Idicara, civit. est Arabiæ desertæ. *Ptol.* Melius Adicara.
Idicara, civit. est Babyloniæ. *Ptol.*
Idii, montes sunt in Sarmatia Europæ.
Idmon, vates inter Argonautas, Appollinis & Asteriæ filius.
Idomena, civ. est Emathiæ in Macedonia. *Ptol.*
Idomenenses, pop. superioris Idomenæ.
Idomeneus, Rex Cretæ, Deucalionis filius.
Idonis, regio est Macedoniæ. *Ptol.*
Idothea, Præti Argivorum Regis filia. *Hom. in Odiss.*
Idrias, urbs Cariæ, quæ prius Crysaoris. *Steph.*
Idryeus, Hecatomni Cariæ regis filius, Mausoli frater.
Idubeda, mons est Hisp. citerioris, qui Ausensis.
Idubeda, fluv. est Hisp. *Plin.* lib. 3. cap. 3.
Idumæa, regio est Palestinæ ab Occaso Jordanis.
Idumæus, a, um, ad Idumæam regionem pertinens.
Idumanis, fluv. est Britaniæ ins. *Ptol.*
Idumæ, civitas Idumæa.
Idunum, opp. est Noricæ regionis. *Ptol.*
Idya, dicta est mater Medææ à *Cicer.* quam *Ovid.* Hypseam vocat.
Idyma, opp. est Cariæ regionis. *Ptol.*
Idyrus, urbs est & fluvius Pamphiliæ. *Steph.*

I ANTE E

Jebba, opp. est Phœnices juxta Carmelum montem.
Jebbus, civ. est Metropolis, quæ posteà Salem, tertio Hierosolima.
Jelia, civ. est Galliæ Cisalpinæ. *Strab.* lib. 5.
Jena, civitas Turingiæ
Jena, æstuarium est Britanniæ ins. *Ptol.*
Jenysus, urbs Syriæ ditionis Arabum. *Herod.* lib. 3.
Jepianacra, prom. est Indiæ. *Solin.*
Jera, Nympha sic ab impetu dicta.
Jerasus, fluv. est Daciæ. *Ptol.*
Jernia, Arabum fluvius è monte Jerna oriens.
Jerna, sive Juvernia, ins. Oceani, quæ Hybernia. Vulg. *Irlanda.*
Jerna, fluv. est Artabrorum in Hisp. *Pomp.* lib. 3.
Jernus, fluv. est Jarnnæ ins. *Ptol*
Jernis, civ. est in Hybernia. *Ptol.*
Jerusalem, urbs est Judææ celeberrima.
Jes, jetis, civ. est in Achaja. *Tortellius.*
Jespus, opp. est Jacetanorum in Hisp. *Ptol.*
Jesus, nomen est Redemptoris, ac Salvatoris nostri.
Jesus, apud Hebræos disyllabum, apud Græcos trisyllabum.
Jeterus, Mysiæ fluvius. *Plin.* lib. 4. cap. 26.

I ANTE G.

Igigile, opp. est Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*
Igilium, sive Iginium, ins. est in mari Tusco. *Pomp.*
Iginates, fluv. Aquitaniæ Occidentalis.
Iglones, pop. sunt Sarmatiæ Europæ.
Igletæ, pop. sunt. Hisp. *Strab.* lib. 3.
Ignatius, Vulg. *Iñigo de Loyola,* prius Societatis Jesu auctor, atque institutor, nobili genere natus, & summa sanctimonia præditus.
Ignetes, pop. Rhodii. *Steph.*

I ANTE L.

Ilapinastes, unum è Jovis cognominibus apud Cyprios.
Ilarcuris, op. est Hisp *Ptol.*
Ilaris, civitas Lyciæ. *Steph.*
Ilas, fluv. est Britaniæ ins. *Ptol.*
Ilattia, Cretæ civitas. *Steph.*
Ilegium, opp. est Pelasgiotarum Macedoniæ. *Ptol.*
Ilerda, civ. est Hisp. citerioris. Vulgò *Lérida.*
Ilerdenses, pop. Hisp. conventus Cæsaraugustani.
Ilercaones, pop. sunt Hisp. citerioris. *Ptol.*
Ilercaones, dicuntur *Ptol.* qui Ilergaones. *Plin.*
Ilergetes, pop sunt Hisp. citerioris. *Ptol. Los de Urgél.*
Ileston, opp. Bœotiæ celebre. *Hom.*
Iletta, civit. est Thessaliæ. *Plin.* lib. 4. cap. 8.
Ilia, quæ & Rea, Romuli, & Remi mater, & Mater compressa. *Virg.* & *Servius.*
Iliacus, a, um, qui in illo natus est.
Iliensis, qui alibi ortus in Ilio negotiatur.
Iliadę, dicuntur Trojani viri, vel fœminę.
Ilias, adis, opus Homeri clarissimum, de bello apud Ilium, inter Gręcos, & Trojanos.
Ilice, civ. Hisp. citerioris. Vulg. *Alicante,* y segun otros *Elche.*
Ilicitanus, sinus ab Ilice cognominatus. Vulg. *Golfo de Alicante.*

Ili-

Ilicitanus, portus ab eadem civitate dictus. (*Pomp.*
Ilienses, pop. sunt Corsicæ insulæ antiquissimi, ab Ilio oriundi.
Ilione, filiarum Priami natu maxima. *Virg.*
Ilionenses, pop. Italiæ. *Plin.* lib. 3. cap. 5.
Ilioneus, Phorbantis filius, eloquentia excelens. *Hom.*
Ilipa, cognomine Italica, opp. est Bæticæ. *Plin.*
Ilipulæ, duæ sunt in Bætica Provinciæ. *Ptol.*
Ilipula quoque, mons ab eodem *Ptol.* ponitur. Vulg. *Sierra nevada.*
Ilipenses, sive Ilipulenses inde dicti.
Ilipensis, Episcopus ex Concilio Hispalensi: fortè Hilipulensis.
Ilissus, fluv. Atticæ, Musis sacer. *Papin.* lib. 4. *Thebaid.*
Ilissus, fluv. est Imbri insulæ. *Plin.* lib. 4. cap. 12.
Ilithyali, Lucina civitas est Ægypti.
Ilithya, dicta Diana, quę parientibus assistere putabatur. *Ovid.*
Ilium, civ. Phrygiæ, sive Troadis, quæ Ilion, & Ilios ab Illo Rege ampliata, & Illium nominata, cùm prius Troja diceretur.
Illetia, ins. est contra Ephesum. *Plin.* lib. 5.
Illiberis, opp. clarissimum Bæticæ in Hispania, quod hodie *Granada.*
Illiberis, opp. & flumen Provinciæ Narbonensis. *Plin.* lib. 3. cap. 4. Fortè *Salsa.*
Illiberitanus, a, um, ad Illiberos pertinens.
Illipa, Bæticæ in Hispania. *Ptol. & Plin.*
Illipula, civ. Bæticæ in Hispania. *Ptol. & Plin.*
Illuro, civ. Tarraconensis Hisp. juxta montes Pyrenæos.
Illurco, opp. Hisp. Bæticæ. *Plin.*
Illyris, Liburniæ, seu Dalmatiæ portio est: nunc Esclavonia.
Illyri, pop. fuerunt Liburniæ regionis. *Plin.*
Illyricus, a, um, ut Nigrior Illyrica pice. *Ovid.*
Illyricum mare, quod adjacet regioni Illyridi.
Illyricanus, a, um, in Codice Justiniani legimus.
Illyris, ins. in mari Lycio è regione Lyciæ. *Plin.*
Illorci, opp. in Europa situm. *Plin.*
Illorcitani, sive Lorcitani, pop. citerioris Hisp.
Ilua, sive Ilva, ins. est in mari Tusco. *Plin.* Vulg. *Elba.*
Ilucia, opp. Hisp. in Oretanis.
Illunum, opp. est Hisp. *Ptol.*
Iluratum, opp. in Taurica Chersoneso. *Ptol.*
Ilurbida, civ. est Carpetanorum in Hisp. *Ptol.* (churis.
Ilurcis, Iberiæ urbs, à Sempronio Gracccho, posteà dicta Grac-
Ilus, Trois Trojanorum Regis filius, qui Iium ampliavit, nam à Dardano fundata est *Virg.*

I ANTE M.

Imacarenses, pop. Siciliæ mediterranei. *Plin.*
Imaduchi, pop. Scythici ad Caucasum montem.
Imaus, mons Indiam à Scythia dirimens, Scythiamque ipsam dividens in duas partes.
Imbarus, mons est Ciliciæ. *Plin.* lib. 5. cap. 27.
Imbreus, unus ex Centauris. *Ovid.*
Imbrasus, fluv. Sami ins. *Plin.* lib. 5. cap 31.
Imbrinum, sive Simprinium, locus juxta Anienem.
Imbrini colles, & imbrina stagna, ab Imbrino.
Imbrus, ins. est contra montem Atho. *Plin.* l. 4. Vulg *Lembro.*
Imeni, & Inemani, pop sunt Britanniæ.
Imola, urbs in Æmylia quæ olim Forum Cornelii. *Ptol.*
Imphes, pop. vicini Perrhabis. *Steph.*
Imyra, urbs Phœniciæ. *Steph.*

I ANTE N.

Ina, civ. est Syriæ curvæ. *Ptol.*
Ina, civ. quoque est in Sicilia insula. *Ptol.*
Inachia, regio quæ Io vocabatur.
Inachis, ipsa Io Inachi filia, patronymic. fœmin.
Inachia, vocatur tota Peloponnesus.
Inachia, puellæ nomen adamata ab *Horatio.*
Inachium, oppidum Argos in Peloponneso.
Inachides, filius Inachi.
Inachidæ, Argivi dicti ab Inacho rege.
Inachus, fluv. Argivorum, & pater Iûs. (chius, a, um.
Inachus, Iûs pater, fuit primus Argivorum Rex, è quo Ina-
Inachius, a, um. *Virg. Inachiæ Juno pestem mediatata juvencæ.*
Inalpini, dicuntur qui Alpium initia, & fauces incolunt.
Inarime, ins. est in mari Tusco. *Plin.* Vulg. *Ischa.*
Inarime, à statione navium Æneæ, Ænaria dicta est.
Inatus, urbs Cretæ: alii montem & fluvium esse dicunt. *Steph.*
Incubi, dicti sunt Sylvani, ac Fauci.
Indara, Sicanorum civ. *Steph.*
India, regio Orientalis, quæ in duas dividitur.
India, citra Gangem, & India ultra Gangem.
Indiam, aliqui ob insignem vastitatem tertiam orbis partem esse tradiderunt.
Indi, pop. sunt incolæ utriusque Indiæ regionum.
Indicus, a, um, & Indus, a, um, adjectiva ab India.
Indica, urbs Iberiæ propriè Pyrenæum.
Indigetes, sive Indigeri, pop. Hisp. citerioris.
Indus, fluv. est Indorum, à quo India appellata.
Indus, fluv. alter ejusdem nominis in Caria.
Industria, opp. est Galliæ Torgatæ. *Plin.* lib. 3. cap. 3.
Indus, fluv. est Illyridis, sive Liburniæ. *Ptol.*
Inferum mare, dicitur Tyrrhenum, sicut Superum Adriaticum.
Ingauni Liguriæ pop. fuerunt.
Ingeva, civitas est Galliæ Lugdunensis. *Ptol.*
Ingevones, pop. sunt Septentrionales Europæ. *Plin.*
Ingini, pop. Umbriæ in Italia. *Plin.* lib. 3.
Igno, filius Haraldi Hyberni, Noruegiæ regis. *Saxo.*
Ingolstadium, civitas Noric. juxta Danubium.
Ingriones, sive Ingevones, pop. sunt Germaniæ.
Inguinium, urbs Liguriæ, vetustate nobilis. Vulgò *Albenga.*
Insbegia, opp. ac portus maritimus Momoniarum in Hybernia.
Iniscachia, opp. Episcopale Momoniarum in Hybernia, portu maritimo, ac olim Universitate celeberrimum.
Iniscregia, insula Momoniarum in Hybernia.
Inissia, oppidum Momoniarum in Hybernia.
Innocentius, Romanus Pontifex, anno. 402.
Innocentius II. Roman. Pont. anno. 1140.
Innocentius III. Roman. Pont. ann. 1198.
Innocentius IV. Roman. Pont. ann. 1243.
Innocentius V. Roman. Pont. ann. 1276.
Innocentius VI. Roman. Pont. ann. 1352.
Innocentius VII. Roman. Pont. ann. 1404.
Innocentius VIII. Roman. Pont. ann. 1484.
Innocentius IX. Rom. Pont. ann. 1591.
Innocentius X. Roman. Pont. ann. 1644.
Innocentius XI. Roman. Pont. ann. 1676.
Innocentius XII Roman. Pont. ann. 1691.
Innocentius XIII. Roman. Pont. ann. 1721.
Ino, fuit Cadmi, & Hermiones filia, uxor Athamantis Thebarum Regis. *Cicer.* lib. 2. *de Nat. Deorum.*
Insani montes memorantur in Sardinia à *Floro.*
Insibes, pop. sunt Africæ.
Inquisinia, opp. ac titulus Baronis Momoniarum in Hybernia.
Insubres Galli, pop. Galliæ Cisalpinæ, quorum metropolis Mediolanum. *Los del Ducado de Milan.*
Insubria, regio cujus pop. Insubres dicuntur. *El Ducado de Milan.*
Insula viventium in Hybernia, ubi nemo mori potest, *Cambrensis.*
Insula boni dæmonis, est in mari Indico. *Steph.*
Insula Sanctorum, & insula sacra vocatur Hybernia. *Jocel Avennas.*
Insula Deorum, Hisp. adjacens. *Ptol.*
Insulæ Beatorum, i, Macarionesi, ad promontorium Tauri montis exhibitæ. *Pomp.* lib. 2. cap. 7. (triarca.
Insula Veneri, adjacens Cyrenaicæ regioni. Vulg. *Isla del Pa-*
Intemelium, opp. est Liguriæ. *Plin.* lib. 3. cap. 5.
Interamnates, pop. Italiæ ab Interamna oppido.
Interamna, oppidum est Prægutiorum in Italia dictum, quòd inter amnes sit constitutum. *Ptol.* Vulgò *Terano en Abbruzo.*
Interamnium Flavium, opp. est Hisp. *Ptol.*
Interamnium, opp. alterum in Hisp. *Ptol.*
Interamnenses, pop. sunt Lusitaniæ stipendiarii. *Plin.*
Intercatia, alia civitas est Vacceorum in Hisp. *Ptol.*

In-

Interocrea, civit. est Italiæ. Vulgò *Interdoco en el Reyno de Napoles.*
Intuergi, pop. sunt Germaniæ magnæ. *Ptol.*
Inutrium, opp. est Vindeliciç. *Ptol.* Vulgò *Mittenuvald.*
Inyssus, urbs Ægypti, propè Casium montem. *Steph.*

I ANTE O.

Jo, Iûs, filia fuit Inachi Regis Argivorum à Jove adamata, in vaccam conversa, posteà Isis dicta. *Ovid.* lib. 1. *Metam.*
Joannes Ocahasa civis Clonmeliensis Magistri D. Gilielmi Ocahasç avus vir religione, pietate, & justitia nulli sui sçculi secundus, centum, & triginta septem annis felicissimè vixit: omnes cognatos, & amicos ad convivium quolibet Paschate invitabat. Hinc à Paschali convivio, Paschalis cognomen obtinuit.
Joannes Scotus, subtilis Doctor, civitate Dunensi in Hybernia ortus, undè Dunensis appellatus: obiit sub Alberto Imperatore, anno 1308. plura scripsit, de quibus *Trithem.*
Joannes Scotus dictus Erigena, id est, Ere in Hibernia ortus, Bedç discipulus, Universitatem Ticinensem fundavit, eratque unus ex quatuor Parisiensis fundatoribus, plura scripsit, claruitque sub Carolo Magno Imperatore, anno 800. *Trithem.*
Joannes Traversius, Doctor, & Martyr egregius, scripsit in defensionem potestatis Pontificiç adversus Regem Angliç, propter quod martyrio coronatus est. *Alanus Copus.*
Joannes Clin Minorita Hybernus, scripsit de primo ingressu Fratrum Minorum in Hyberniam. *Wadingus*, *tom.* 1. *anno* 1214 *num.* 11.
Joannes Pontifex Romanus, ann. 523.
Joannes II. Pontifex Rom. ann. 532.
Joannes III. Pont. Rom. ann. 559.
Joannes IV. Pont. Rom. ann. 640.
Joannes V. Pont. Rom. ann. 685.
Joannes VI. Pont. Rom. ann. 701.
Joannes VII. Pont. Rom. ann. 705.
Joannes VIII. Pont. Rom. ann. 872.
Joannes IX. Pont. Rom. ann. 898.
Joannes X. Pont. Rom. ann. 914.
Joannes XI. Pont. Rom. ann. 931.
Joannes XII. Pont. Rom. ann. 956.
Joannes XIII. Pont Rom. ann. 965.
Joannes XIV. Pont. Rom. ann. 984.
Joannes XV. Pont- Rom. ann. 985.
Joannes XVI. *Antipapa* Rom. ann. 997.
Joannes XVII. Pont. Rom. ann. 1003.
Joannes XVIII. Pont. Rom. ann. 1003.
Joannes XIX. Pont. Rom. ann. 1024.
Joannes XX. Pont. Rom. ann. 1276.
Joannes XXI. Pont. Rom. ann. 1316.
Joannes XXII. Pont. Rom. ann. 1410.
Jobacchi, pop. sunt. Ægypti. *Ptol.*
Jobacchus, Bacchi cognomen est, à voce, & clamore derivatum.
Jobulla, civitas est Albaniæ. *Ptol.*
Jocasta, filia fuit Creontis, Thebanorum Regis, & uxor Laii, quæ occiso marito, insciens nupsit filio Oedipo.
Jocelinus, Monachus Hybernus, scripsit vitam, & miracula S. Patricii. *Lombardus.*
Joclabella, nomen est Matris Mosis. *Joseph.*
Joghelia, oppidum prætorium, ac maritimum Momoniarum in Hybernia.
Jol Cæsarea, civit. Mauritaniæ Cæsariensis. Vulgò *Buxia.*
Jolacta, regio est in Sardinia. *Diod.* lib. 5.
Jolaus, Iphicli fuit filius, à quo Sardinii Jolenses.
Jolcos, opp. est Magnesiæ in Macedonia. *Plin.*
Jolciacus, a, um, ab Jolco, *Ovid.* Portus Jolciacus.
Jole, Euriti Regis Ætoliæ filia, quam amavit Hercules.
Jolenses, pop. sunt Sardiniæ ins. *Strab.* lib. 5.
Jolis, regio est Indorum. *Pomp.* lib. 3. cap. 7.
Jolissotæ, pop. sunt Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Jolum, mons Perrhæbiæ, incolæ Joli. *Steph.*
Jon, Poëta Græcus, cujus meminit. *Plutarc.*
Jon, Xuthi filius, à quo Jonia, dicta Atheniensium civitas.
Jon, opp. fuit in Attica Regione. *Plin.* lib. 4.
Jonaca, civitas est Persidis regionis. *Ptol.*
Jonas, Hybernus, & Abbas Monasterii Luxoviensis, scripsit vitam SS. Columbanum, Attalii, & aliorum: vixit anno 630. *Trithemius.*
Jone, civitas est Palestinæ quæ alias Gaza. *Steph.*
Jonia, regio est minoris Asiæ, inter Cariam, & Æolidem.
Jonia, à Jono, Atheniensium duce cognominata.
Jonia quoque dicitur pars Atticæ, & Jones Attici.
Jonica regio, à Jone Naulothi filia dicta est. *Solin.*
Jones pop. sunt Joniæ Asiæ regionis. *Herod.* lib. 3.
Joniacus, Jonicus, Jonius, a, um, adject. à Jonia.
Jonide, vicus Atticæ in tribu Ægeide. *Steph.*
Jonium mare, quod à Sicilia in Orientem tendit.
Jonium mare, à Græcis partim Siculum partim Creticum appellatur.
Jonitii, pop. sunt Africæ propriæ. *Ptol.*
Jopas, Rex Afrorum, unus ex porcis Didonis. *Virg.*
Joppe, civitas Indiæ.
Joppe, opp. est Palestinæ maritimum. Vulg. *Puerto de Jaffa.*
Joppica, Toparchia est Judææ Palestinæ. *Plin.* lib. 5.
Jordanis, fluv. est Palestinæ, eximiæ suavitatis.
Joron, opp. & Jori, pop. Macedoniæ. *Ptol.*
Jos, ins. una è Sporadibus, in qua sepultus Homerus. Vulg. *Nio.*
Jospica, opp. in ora Liburniæ.
Jotapata, orum, civit. est Sesentidis asperæ in Cilicia.
Jotapata, orum, vel Jotapata, æ, urbs in Syria, à conditore sic vocata. *Steph.*
Jovianus Pontanus, Poëta, multa scripsit cùm prosa oratione, cùm carmine.
Jovianos, divus Maximianus voluit vocari, qui se fortiter in Illyrico gessissent.
Jovis genitivus est à Juppiter, undè Jovis gemma. *Plin.*
Jovis fanum, opp. est Lidiæ sive Mœoniæ in Asia.
Jovis civitas, quæ Græcè Diopolis, civ. est Ægypti. *Ptol.*
Jovis mons, id est, Diosoros, est in Africa. *Ptol.*
Jovis mons est in Hisp. Tarracon. *Pomp.* l. 2. Fortè. *Monjuy.*

I ANTE P.

Ipana, urbs circa Carthaginem. *Steph.*
Ipasturgi, quod triumphale, opp. Bœticæ. *Plin.*
Iphares, & Testorius, filii fuerunt Priami ex Peridia, Idæa Nympha, in bello Trojano occisi.
Iphianassa, & Lisippe, Prœti regis Argivorum filiæ, á Junone in Furias mutatæ.
Iphianassa vocata est etiam à Lucretio Iphigenia, Agamemnonis filia.
Iphiclus, Amphitrionis, & Alcmenæ filius, uno partu cum Hercule editus. *Servius.*
Iphicrates, vir Atheniensis, rerum gestarum magnitudine Insignis, & disciplina militari nobilis.
Iphidamas, Antenoris filius, corpore lato ac procero, ab Agamemnone interemptus. *Homer.*
Iphigenia, Agamemnonis, & Clitemnestræ filia.
Iphimedia, uxor fuit Aloëi à Neptuno compressa.
Iphinous, unus ex Centauris, apud *Ovid.*
Iphis, puella Cretensis, Lygdi, & Thelethusæ filia, à diis in virum rogatu matris mutata. *Ovid.* l. 9. *Metam.*
Iphis, puer liberali specie, qui se ipsum laqueo suffocavit.
Iphitus, vir fuit Trojanus de quo *Virg* lib. 2. *Æneid.*
Iphitus, filius Paxonidis, qui primus Olimpia instituit.
Iphitus, Euriti filius, quem Hercules è turri præcipitavit.
Iphonava, opp. est Bœticæ. *Plin.* lib. 3. cap. 1.
Iphus, untis, urbs Locrorum Ozolorum. *Steph.*
Ipnusia, parva regio in Samo, ubi Junonis Ipnutidis templum erat. *Steph.*
Iporus, fluv. est Siciliæ. *Ptol.*

I ANTE R.

Ira, civitas Messeniæ maritima, una è septem, quas Agamemnon Achilli promissit.
Irasta, locus est in Africa. *Herod.* lib. 4.
Irath, opp. est Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*

Ira-

Ireria, opp. ac portus maritimus Ultoniæ in Hybernia.
Irethria, opp. est Eubœæ. *Hom.* 2. *Iliad.*
Iria, in Britannia ponitur. *Diod.* lib. 10.
Iria, civit. est Taurinorum in Italia. *Ptol.* Vulg. *Voghera.*
Iria Flavia, civit. est Galæciæ in Hisp. *Ptol.* Vulg. *Santa Maria finis terræ.*
Irienses, ab hoc populo: undè Episcopi Irienses.
Irin, unum ex Hyberniæ nominibus. *Diodorus.*
Irine, es, ins. est in sinu Argolico. *Plin.* lib. 4.
Irinopolis, civit. est Ciliciæ Mediterranea. *Ptol.*
Iris, idis, fluv. est Cappadociæ. *Ptol.* & *Strab.*
Iris, Taumantis fuit filia, & Junonis nuntia. *Virg.*
Irpini, populi juxta Soractem montem.
Irus, Ithacensis medicus fuit, assecla procorum Penelopes.
Irus, civitas Thessaliæ, civis Irotes. *Steph.*

I ANTE S.

Is, urbs est propè Babilonem, apud quam Is fluv. *Herod.*
Isaca, aut Isca, fluv. est Britanniæ ins. *Ptol.* Vulgò *Ex.*
Isæus, Assyrius Rhetor, cujus inventum esse fertur, omnem materiam in breve contrahere compendium.
Isamnium, prom. est Hyberniæ ins. *Ptol.*
Isander, filius fuit Bellerophontis, & Archimenes. *Hor.*
Isapis, fluv. est Galliæ Cisalpinæ in Italia. Vulg *Aibs torrente en Marca de Ancona, cerca de Pesaro.* Lucan. *Crustumumque rapax, & junctus Isapis Isauro.*
Isara, fluv. est Provinciæ Narbonensis. *Flora.*
Isarges, fluv. est Mauritaniæ Cæsariensis.
Isiatichæ, pop. sunt Carmaniæ desertæ. *Ptol.*
Isaura, orum, opp. est Isauriæ regionis, quod posteà Claudiopolis appellatum est. *Ammian.*
Isauria, sive Isaurica, regio finitima Ciliciæ. *Strab.*
Isauria, à qua Isauricus cognominatus est Publius Servilius. *Flor.*
Isauri, pop. sunt Isausiæ regionis.
Isaurus, fluv. Flaminiæ. *Lucan.*
Isburus, fluv. est Siciliæ ins. *Ptol.*
Isbus, civitas Isauriæ: gentile Isbotes. *Steph.*
Isca, civitas Britanniæ ins. *Ptol.*
Isca, fluvius Britanniæ. Vulg. *Exoter.*
Iscalis, civitas Britanniæ insulæ. *Ptol.*
Ischeri, civit. est Lybiæ interioris. *Ptol.*
Ischia, ins. contra Veliam, opp. Italiæ *Plin.* lib. 3. cap. 7.
Ischomache, dicta Hippodomia, quæ Pirithoo nupsit.
Iscopolis, civit. est Ponti Cappadocum juxta Cerasuntem.
Iscina, opp. est Africæ inter duas Syrtes. *Ptol.*
Iseum, civit. Ægypti, cujus incolæ Metaboli dicuntur.
Isiaci, dicti sunt Isidis Sacerdotes.
Isidis, civit. in Ægypto, ubi Isis dea colitur. *Plin.*
Isidis, ins. in sinu Arabico Æthiopiæ. *Ptol.*
Isidis, mons in urbe Augustana. Vulgò *Isemberg.*
Isinda, civitas Joniæ, & Isindia regiuncula. *Steph.*
Isiphylus, Protesilai pater, cujus meminit *Ovidius.*
Isis, idis, Inachi filia, prius Io dicta, in Juvencam transmutata.
Isius, mons est Æthiopiæ sub Ægypto. *Ptol.*
Ismaela Arabiæ parva regio, incolæ Ismaelitæ. *Steph.*
Ismalis, idis, lacus est Thraciæ. *Herod.* lib. 7.
Ismarus, mons est Thraciæ, ubi Ismara, Ciconum oppidum fuit: Ismaris quoque stagnum est.
Ismarius, a, um, adject. ut equi Ismarii, id est, Thracii. *Ovid.*
Ismene, Oëdipi filia, quæ quidam Cyrrheo juveni desponsata fuit. *Stat.*
Ismenias, nomen Thebani optimi tibicinis. *Apolejus.*
Ismenus, fluv. Bœotiæ, undè Ismenius, a, um.
Isocrates, nomen maximi Rhetoris Atheniensis.
Isocrates, superioris auditor, ex Apollonia Ponti. *Suid.*
Isocrates, & Machaon, præfecti classis Corinthiorum contra Athenienses, in Peloponnesiaco bello.
Ison, opp. est Peloponnesi. *Strab.*
Isondæ, pop. sunt Sarmatiæ Asiaticæ. *Ptol.*
Isonoë, civit. est Assyriæ regionis. *Ptol.*
Ispa, civit. est Armeniæ minoris. *Ptol.*
Ispacula, opp. est Hispaniæ citerioris.
Ispellum, civ. est Umbriæ in Italia. *Strab.* l. 5. Vulg. *Spello.*
Ispinum, opp. est Carpetanorum in Hisp. *Ptol.*
Isporis, vicus est Syrtis magnæ. *Ptolem.* hodie *Naim.*
Israël, nomen Patriarchæ Jacob, interp. *vir videns Deum.*
Israëlitæ, dicuntur qui è stirpe Israëlis sunt.
Issa, insula est in sinu Illyrico, cum ejusdem nominis oppido. Vulg. *Lissa.*
Isseus, a, um, adject. res ad *Issam pertinens.*
Issa nomen est castellæ. *Marcial.* *Epig.* 138.
Issedontes, aut Essedones, populi Scytiæ. *Herod.* lib. 4.
Issorium, urbs Laconiæ, undè Diana Issoria. *Steph.*
Issos, urbs est Ciliciæ, Alexandri contra Darium victoria nobilis, ideòque Nicopolis dicta.
Issicus sinu, à loco Ciliciæ cognominatus. *Ptol.*
Issi, portus Ponti Cappadocum juxta Sidonem. *Ptol.*
Istas, fluv. est Britanniæ.
Ister, fluv. est idem qui Danubius dicitur.
Istevones, pop. sunt Germaniæ. *Plin.* lib. 4 cap. 13.
Isthmus, terra est angusta inter duo maria.
Isthmus, propriè Peloponnesi juxta Corinthum. Vulgò *Estrecho de Morea.*
Isthmus, cursus Achilis in Sarmatia Europæ.
Isthmum perfodere, est frustra aliquid moliri. *Erasm.*
Isthmiacus, a, um, & Isthmicus, a, um, res ad Isthmum pertinens.
Isthmia, orum, ludi Palemoni sacri, qui ad Isthmum fiebant.
Istiotis tractus, ad Ossam, & Olympum jacet. *Her.*
Istomum, opp. est Celtiberorum in Hisp. *Ptol.*
Istone, mons Corcyræ proximus, undè Istonæus. *Steph.*
Istonium, opp. est Ferentanorum in Italia. Vulgò *Estomà*
Istria, Italiæ regio finitima Liburniæ in Europa.
Istri, pop. sunt regionis Istriæ.
Istriana, civit. est Themorum in Arabia Fœlici. *Ptol.*
Istrianus, fluv. est Tauricæ Chersonesi. *Ptol.*
Istropolis, civit. est Thraciæ ab Istro fluv. dicta.
Istrus, civit. est Mysiæ superioris. *Ptol.*
Istrus, civit. est Cretæ, quæ & Istron. *Steph.*
Isura, insula in Arabico mari. *Plin.* lib. 6. cap. 28.
Isurium, opp. est Britanniæ. *Ptol.*
Isus, & Antiphus, Priami fuere filii. *Hom.*
Isuvium, opp. est Umborum in Italia. *Ptol.* Vulgò *Eugubio, á veinte millas de Citta Castello.*

I ANTE T.

Italia, regio Europæ omnium nobilissima.
Italia in 11. regiones dividitur. *Plin.* lib. 3.
Italia, olim Hesperia Ausonia, & Enotria dicta.
Italica, urbs Italiæ, quæ alio nomine Confinium. *Steph.*
Italica, civ. Bæticæ, patria Trajani, & Adriani Cæsarum, & Silii Italici.
Italicensis, e, nomen gentile ab hac Italica.
Italicus ager in Sicilia. *Steph.*
Italicus, a, um, pro eo quod est Italus, a, um.
Italides, patronimicum, vir ex Italia.
Italis, idis, in forma patronymica fœmina ex Italia.
Italus, a, um, ad Italiam pertinens.
Itamos portus, & civit. Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Itanus, urbs, & promontorium est Cretæ ins. *Ptol.* Vulgò *Paleocastros.*
Itargus, fluv. est apud *Ovid.* in consolatione ad Licam.
Itea, vicus in tribu Acamantide. *Steph.*
Itericon, insul. est. *Strab.* lib. 10.
Itesui, pop. Galliæ Lugdunens. *Plin.* lib. 4. cap. 10.
Ithaca, ins. parva adjacens Epiro, quæ Æolis. Vulg. *Campare*
Ithacensis, & Ithacus cognominatus est Ulyses.
Ithacesius, a, um, ut sedes Ithacesia. *Silio.* lib. 8.
Ithacosiæ, insul. contra Vibonem, Brutiorum opp.
Ithome, opp. Messeniæ in Peloponneso. *Ptol.*
Ithome alterum in Thessalia: undè Ithomæus Jupiter.
Ithyphalli, cultores Bacchi, qui in Orchestra saltabant.
Ithyra, urbs in Tauro monte Parthiam versus, à qua.
Ithyræus, a, um, pro eo quod est Parthicus, a, um. *Servi*
Ituræus, sine aspiratione, & u prima legit *Merulæ.* Itiax,

Itiarx, quæ & Phiscon, mons dicitur Ituscix.
Itium, prom. Galliæ Belgicæ, circa quod Calitum. Vulg. *Cales.*
Iton, onis, unus eorum, qui fuerunt cum Protesilao. *Strab.*
Itonas, populus quem Hercules profligavit. *Diod.*
Itonia, opp. est in Phthiotide Thessaliæ regione.
Itonia, Pallas cognominatur ab Itonia. *Catul.*
Ituci, quæ virtus Julia, opp. est Beticæ. *Plin.* lib. 3.
Ituna, æ, æsturarium est Britanniæ. *Ptol.*
Ituni, pop. sunt Galliæ Lugdunensis.
Ituræi, pop. sunt Syriæ Cœles. *Plin.* lib. 5. cap. 23.
Ituria, regio est, à qua Ituræi, pop. *Strab.* lib. 17.
Iturissa, civitas est Hisp. citerioris, in Vasconum tractu. *Ptol.*
Iturum, opp. est Umbriæ in Italia. *Strab.* lib. 3.
Itulus, & Neis, filii fuerunt Zethi, ex Aëdone conjuge.
Itymoneus, Hyperochi filius, vir in primis strenuus.
Itys fluv. est Britanniæ. Ptol.
Itys, filius Terci, Regis, Tracum, conversus est in avem phasianum.

I ANTE U.

Juba, Rex Mauritaniæ, quem Cæsar vicit. *Plut.*
Judæa, Syriæ regio, quæ Palestina cognominatur.
Judæi, pop. sunt Judææ Palestinæ Syriæ.
Judaicus, a, um, adject. ut judaica superstitio. *Quint.*
Judæi, à Juda filio Jacob dicti sunt, qui fuit unus 12. Patriarcharum, à quo Christus venit.
Juegagia, Comitatus Ultoniæ in Hybernia: undè Comes Juegagiæ.
Iverione, idem quod Hybernia *Anton. August.*
Ivernia, insul. quæ Hybernia. Vulgò *Irlanda.*
Jugantinus, deus qui jugis præesse putabatur.
Jugarus, vicus Romæ fuit, ubi Junonis jugæ ara erat.
Jugurtha Rex Numidiarum, à Mario consule victus.
Jugurthinus, a, um. *Quint.* Jugurtinæ conditor historiæ.
Julia, civitas est Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Julia, Augusti filia. *Solin.*
Julia, urbs Italiæ à Dædalo condita.
Julia Apta, opp. Provinciæ Narbonensis. *Plin.*
Julia Augusta, civit. est in Gadibus. *Plin.*
Julia Cæsarea, ins. juxta fretum Herculem. Vulgò. *Isla de Colombi.*
Julia campestris, eadem quæ Babba Mauritania.
Julia Claritas, quæ Artubi, oppidum Bœticæ conventus Astrigitani. *Plin.* lib. 3. cap. 1.
Julia Concordia quæ Vertobriga, ejusdem Bœticæ opp. *Idem.*
Julia Constantia, quæ Osset. in Bœtica. *Plin. Lugar enfrente de Sevilla, al qual hoy llaman Sevilla la vieja.*
Julia Constantia, opp. in ora Mauritaniæ. *Plin.*
Julia Contributa, quod Ucultuniacum, opp. Boeticæ.
Julia fama, quæ Seria, civ. Boeticæ. *Plin.*
Julia Fidentia, opp. est Boeticæ. *Plin.* lib. 3. c. 1.
Julia Felix, eadem, quæ Berytis in Phoenice. *Plin.*
Julia Felix, quæ Olysippo, opp. Lusitaniæ. Vulgò *Lisboa.*
Julia Literalitas, quæ Ebora, opp. Lusitaniæ. Vulg. *Ebora.*
Julia Libyca, opp. est Hisp. *Ptol.* (*Vacua.*
Julia Myrtilis, civ. Mediterranea Lusitaniæ. *Plin.* Vulgò
Julia Pietas, quæ priùs Pola, Colonia est Istriæ.
Julia Restituta, *quæ Segeda*, opp. Boeticæ. *Plin.*
Julia Traducta, eadem quæ Tingi, in Mauritania. *Plin.* lib. 5. cap. 1. Vulgò *Tanger.*
Julia Virtus, quæ Ituci, opp. Boeticæ conventus Astigitani.
Julia, opp. est Norici. *Plin.* lib. 4. cap. 24.
Julia Gens, dicta ab Julio Ascanio, Æneæ filio. *Fest.*
Julias, adis, opp. est Galilææ in Palæstina. *Ptol.*
Julianus, Imperatoris Apostatæ proprium nomen.
Julienses, qui Terri pop. conventus Tarraconensis.
Julienses, pop. sunt Phrygiæ magnæ. *Plin.*
Julienses, qui Astigi, pop. sunt Boeticæ. *Plin.*
Julii genitor, quod Vergentum, opp. Boetiæ. *Plin.*
Juliobona, civ. est Galliç Lugdunensis. *Ptol.* Vulg. *Honfleur.*
Juliobriga, opp. Cantabrorum, Hispaniæ citerioris. *Ptol.* Vulgò *Bilbao.*
Julii Octavianorum, colonia est Provinciæ Narbonensis.
Juliogarbus, civ. est Lybiæ in Asia propria.
Juliola, civit. est Sardiniæ, ins. *Ptol.*
Juliomagus. civ. est Galliç Lugdunensis. *Ptol.* Vulg. *Auglerg.*
Juliopolis, civ. est Ponti, sive Bithyniæ. *Ptol.*
Juliopolis, civit. Armeniæ majoris. *Ptol.*
Juliopolis, civitas est Phrygiæ minoris. *Ptol.*
Julius, opp. est Ceæ ins. vel Co. Ptol.
Julium Carnicum, opp. est Carinthiæ in Norico. *Ptol.* Vulg. *Coricia.*
Julium præsidium, quæ Scalabis. Colonia est Lusitaniæ. *Ptol.* Vulgò *Truxillo.*
Julius, Pontifex Romanus, anno 336.
Julius II. Pont. Rom. anno 1503.
Julius III. Pont. Rom. anno 1546.
Julius, dictus est Cęsar, quòd hoc mense creatus sit Dictator.
Julianus, a, um, adjectivum: undè Juliani milites dicti Cæsariani. *Sueton.*
Juleus, & Julius, a, um, *Ovid.* Juleis eras est natale Kalendis.
Julius, filius Æneæ, alio nomine Ascanius. *Virg.*
Juna, civit. est Libaniæ regionis. *Ptol.*
Juncaria, civit. est Hisp. citerioris. *Ptol.*
Juncarius, campus in Tarraconensi ponitur. *Strab.*
Jano parturientibus quoque adest, undè Lucinæ nomen: & Curetis: quia utitur curru, & hasta.
Junonia, cognominata est Carthago. *Solin.* cap. 40.
Junonia, major, & min. ins. sunt ex Fortunatis. *Solin.*
Junonis Templum, cum promontorio in Boetica. *Pomp.* Vulg. *Puerto de Santa Maria*: aliis, *Puerto Bejar.*
Junonis Corinthiacæ fanum in Peloponneso. *Ptol.*
Junonis Argivæ Templum in Campania Italiæ. *Plin.*
Junonis sacrum ponitur in Melita insula. *Ptol.*
Juno, insul. una ex Canariis. *Ptol.*
Junonigena, Vulcani nomen. *Ovid.*
Ivollum, opp. est Pannoniæ inferioris. *Ptol.*
Juppiter, tris, eris, vel Jovis, à Poëtis dicitur, divorum, atque hominum Rex: à majoribus autem Optim. Max.
Jovis, dictus prius à juvando, Juppiter.
Jovis, Dodonæi Templum, ponitur in Epiri regione.
Jura, rium, mons est Galliarum terminus. *Plin.* lib. 3. c. 4. Vulg. *Monte de Faucilles.*
Jura, æ, mons idem *Martino*, & *Solino.* cap. 34.
Jurasus, mons idem Galliæ Belgicæ. *Ptol.*
Jurasus, dicitur *Strab.* lib. 4. in quo interpretes erraverunt vertentes Ocurasium.
Jus mons est Æthiopiæ interioris. *Ptol.*
Jusgum, opp. est Siciliæ. *Plin.* lib. 33. c. 2.
Justiniana, quæ priùs Syca, civ. Propontidis.
Justinianus, Romanorum Imperator prudentissimus.
Juturna, Nympha Turni soror, à Jove vitiata. *Virg.*
Juvenalis, nomen proprium satyrici poëtæ.
Juveta, dea juventutis. l. 4. *Valla.*
Juverna, insula maris Atlantici, quæ Hybernia. Vulg. *Irlanda.*

I ANTE X.

Ixia, locus est in Rhodo ins. *Strab.* lib. 14.
Ixibatæ, pop. juxta Pontum. *Steph.*
Ixion, Rex Thessaliæ, qui à Jove ad inferos dejectus volubili rota perpetuò volutatur. *Ovid.*
Ixioneus, a, um, ut orbis Ixioneus. *Virg. Georg.* 4.
Ixionides, dicitur Pirithous, Ixionis filius. *Propert.*
Ixelus castellum est Siciliæ. *Steph.*

I ANTE Z.

Izata, opp. est Mauritaniæ Cæsariensis. Ptol.

DE LITTERA L.

LAa, civ. est in Peloponneso, de qua *Hom.*
Laatha, civ. est Arabiæ Foelicis. *Ptol.*
Lava, civ. est Arabiæ Foelicis.
Lavana, civ. est Italiæ. *Strab.* lib. 5.
Labanenses, pop. sunt Hisp. conventus Cluniensis.
Labanis, insula in Arabico sinu.
Labara, urbs Cariæ: gentile Labareus. *Steph.*
Labatus, viri proprium, cujus crebra mentio apud Plutarc
Labadacus, Rex Theb anus ultimus Agenoris filius.
Labda Ætionis uxor, & mater Gypseli Corinthiorum tyranni.

Labdacidæ, populi Thebani à Labdaco dicti.
Labdacides, Labdaci filius.
Labdalon, promont. Epipolæorum propè Syracusanos.
Labeates, pop. fuerunt Liburniæ. *Plin.* lib. 3. cap. 22.
Labeo, viri jurisconsulti proprium, à magnis labiis. *Gel.*
Laberis, poëta mimographus, eques Romanus. *Macrob.*
Laberus, civit. est Hyberniæ. *Ptol.*
Labetia, oppidum Arabiæ ab Ælio Gallo eversum. *Plin.*
Labicum, opp. est Italiæ. *Strab.* Vulg. *Valmonte*: undè.
Labicanus ager, à Labico oppido superiori. *Plin.*
Labienus, Cæsaris in Gallia legatus fuit. *Strab.* lib. 14.
Labienus historicus, cujus scripta abolita fuere. *Serv.*
Labina, vicus juxta Cremonam, qui priùs Bebriacus.
Laboriæ, arum, pars illa Campaniæ, quæ Terra Laboris, miræ fertilitatis. Vulgò *Tierra de Laboro.*
Laborinus, campus nobilis Campaniæ. *Plin.* lib. 17.
Labradeus, Jovis nomen, qui in Caria colebatur.
Labranda, civ. Melissæorum, conventus Alabandici. *Strab.*
Labris, civ. est Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Labunetus, filius Nictocris Regis Babyloniæ. *Herod.*
Labyrinthi insignes 4. in orbe fuerunt. *Plin.* lib. 36. cap. 13.
Labyrinthus, maximus, & portentosissimus Heliopoli in Ægypto. *Pomp.* lib. 1.
Labyrinthus Creticus, arte spectabilis, quem Dædalus fecit. *Ovid.* lib. 3. *Metam.*
Labyrinthus Lemnius 150. columnarum. *Pompon.*
Labyrinthus 4. in Italia, quem sibi Porsena Rex sepulchri causa extruxit.
Labyrinthæus, a, um, adject. à Labyrinthæi flexus.
Lacænus, a, um, adject. à Laconia. *Cicer.*
Lacanitis, regio est Mediterranea Ciliciæ. *Ptol.*
Lacei, palus est in Ægypto. *Ptol.*
Lacedæmon, civ. est Laconiæ Mediterranea. Vulg. *Mizitra.*
Lacedæmonius, a, um, res ad *eam urbem pertinens.*
Laceria, urbs est Magnesiæ, & alia Italiæ. *Steph.*
Lachare, civit. est Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Lachesis, una ex Parcis, quæ de nobis sortes jacit.
Laceia per *ei*, opp. Lusitaniæ, ab aliis Lancia. Vulg. *Ladesma.*
Laciburgium, civ. est Germaniæ magnæ. *Ptol.* Vulg. *Rostoch.*
Lacippo, opp. Bœticæ, conventus Gaditani. *Plin.* lib. 3. Vulg. *Fuengirola.*
Lacinon, promont. Pindi montis. *Steph.*
Lacobriga, opp. Vaccæorum in Hispania Tarraconensi. *Ptol.* lib. 2. cap. 6. Vulgò *Langos*: undè *Lacobrienses.*
Lacon, nomen canis, apud *Ovid.* 3. *Metam.*
Lacon, qui est ex Laconia, & Lacæna, mulier è Laconia.
Laconia, sive Laconis, regio est Peloponnesi.
Laconicus, a, um, nomen possesivum, ut ager Laconicus.
Laconicus sinus, qui Laconidi adjacet. *Ptol.*
Lacones, pop. sunt Laconiæ regionis incolæ.
Lacones, pop. fuerunt quoque in Cantabria.
Laconimurgum, opp. est Bœticæ. *Ptol.*
Lacrassus, civitas Armeniæ minoris. *Ptol.*
Lacrines, vir fuit Lacedæmonius, missus ad Cyrum. *Herod.*
Lactaria, columna fuit Romæ in foro Olitorio, ubi infantes exponebantur.
Lactiphagi, pop. sunt Scytiæ, qui & Galactophagi.
Lactissima, quæ & Obsicella dicitur urbs Antenoris, & sociorum ejus.
Lactucinii cognominata Romanorum procerum ex Valeria familia, à lactucis deducta appellatione. *Plin.* l. 19. c. 4.
Lacuris, opp. est Hisp. *Ptol.*
Lacydes, Argivorum tyrannus. *Plutarc.*
Lacinium, prom. est in magna Græcia *Ptol.* Vulgò *Cabo de Colonne en Calabria.*
Lacinius, a, um, res ad *hunc locum pertinens.*
Lacinienses, pop. Liburnorum: in Illyrico siti. *Plin.*
Lacydes Cyræneus Philosophus, novæ Academiæ Princeps.
Lada, ins. urbi Milesiorum adjacens. *Strab.* lib. 14.
Ladas, cursor fuit Alexandri velocissimus. *Mart.*
Ladepsi, & Tranipsi, opp. Bithynorum. *Steph.*
Ladesta, una Liburnidum civitatum. *Steph.*
Ladiscites, insula maris Persici. *Steph.*
Ladmius, vel potius Latmius, mons Joniæ notus Endymionis.
Ladon, fluv. Arcadiæ, & alter Antiochiæ.
Ladon, vel Lagon, unus canum Actæonis. *Ovid.* lib. 4. *Metam.* somno.
Laæa, urbs Cariæ: gentile Laites. *Steph.*
Læana, opp. Arabiæ juxta Læanticum sinum in mari Rubro.
Laërtes, Acrisii, filius, & pater Ulyssis, qui ab eo Laërtiades dicitur. (lib. 4.
Laërtes, castellum Ciliciæ in tumulo quodam situm. *Strab.*
Laërtius, nomen historici, qui de Philosophor. vitis scripsit.
Lælia, civit. est Turdetanorum in Hisp. *Ptol.*
Lælia castra, locus Numidiæ propè Carthaginem.
C. Lælius sapiens à Romanis appellatur. *Cic.*
Læneus, fluv. Cretæ Cortinam preterfluens.
Læpa, magna, civit. est Hisp. *Ptol.*
Læsanicorum, specus in Cyrenaica regione. *Ptol.*
Læstrigones, pop. sylvestres Formiæ civitas in Campania.
Lagaria, civ. Thuriorum: undè vinum Lagaritanum. *Steph.*
Lageniæ, una ex Iberniæ quinque Provinciis, soli fertilitate, ac aëris temperie nobilissima.
Lagia, insula eadem, quæ Delos. Vulgò *Sdiles.*
Laginia, oppidulum Cariæ; gentile Lagineus, & Laginites. *Steph.*
Lagnutium, civ. est Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*
Lagus pater fuit Ptolomæi successoris Alexandri. *Lucan.*
Lagusa, insula est in mari Lycio. *Plin.* lib. 5. cap. 31.
Lagusæ, insulæ sunt Troadi adjacentes. *Plin.* lib. 5. cap. 31.
Lagyles, pop. sunt Sarmatiæ. *Perot.*
Lagyra, urbs est Tauricæ Chersonesi. *Ptol.*
Lami, pop. Pœoniæ. *Steph.* ex *Thucydide.*
Laja, civ. est Armeniæ majoris. *Ptol.*
Lais, Corinthia meretrix, forma & venustate insignis.
Lajus, filius Labdaci Regis Thebarum, pater Oëdipi.
Lalisadra, civitas Isauriæ.
Lalassis, fluv. est Isauricæ regionis. *Plin.* lib. 5. cap. 27.
Lalenensis, fluv. est Armeniæ minoris. *Ptol.*
Laletani, pop. sunt. Hisp. citerioris. *Plin.*
Lama, civ. est Hisp. Lusitaniæ. *Ptol.* Vulg. *Lamégo.*
Lambana, civ. est Mesopotamiæ ad Tigrim. *Ptol.*
Labotus, fluv. est Africæ. *Strab.*
Lambrus, fluv. Galliæ Cisalpinæ in Padum fluens. Vulg. *Lambra.*
Lambrani, ejus fluv. accolæ. *Sueton. in Cæs.*
Lamentini, urbs à Lamete fluvio juxta Crotonem. *Steph.*
Lamia, secundùm quosdam mater fuit Syciliæ. *Virg.*
Lamia, Romæ familia, à Lamo Læstrigonum Rege ortum habens, ut quidam volunt.
Lamiæ, devoratrices puerorum credebantur. *Porphyrius.*
Lamia, opp. Phthiotidis in Macedonia. *Ptol.*
Lamiæ, insula contra Troadem. *Plin.* lib. 5.
Lamia, opp. Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*
Laminium, opp. Carpetanorum in Hisp. *Ptol.*
Laminirati, opp. Hispan. conventus Carthaginensis.
Lamira, fluv. & civitas Lyciæ. *Steph.*
Lamirus, filius Derculis ex Jole Euryti filia.
Lamnium, opp. est Æthiopiæ sub Ægypto.
Lamos, mons, qui Taurus dicitur. *Solin.*
Lamotis, idis, regio est Ciliciæ, à Lamo dicta.
Lampedo, mulier fuit Lacedæmonia, regis filia, uxor, & mater.
Lampe, olim vocabatur, quæ posteà Argyrippa. *Steph.*
Lampe, Cretæ urbs, ab Agamemnone condita. *Steph.*
Lampetia, fuit Solis ex Neæra filia, sororque Phaëtusæ, & Lampetusæ. *Boccat.*
Lampetia, urbs Brutiorum: gentile Lampetianus.
Lampetia, opp. & mons est Arcadiæ. *Plin.* lib. 4. cap. 6.
Lampetium, sepulchrum in Lesbo. *Steph.*
Lampeus, mons Arcadiæ. *Plin.* lib. 4. cap. 1.
Lampia, fluvius Arcadiæ. *Strab.* lib. 4. *Theb.*
Lampon, Panchates, Pelorus, Camphasus. equorum nomina apud *Silium.*
Lampon, sacrificus vates, per anserem jurare solitus.
Lamponia, ins. non longè à Laurica Chersoneso.
Lampsacius, filius fuit Cilicis, de quo *Boccatius.*

Lampsacum, opp. est Helesponti in Asia. *Ptol.* Vulg. *Lapico.*
Lampsacenus, a, um, um, sive Lampsacius, a, um, à Lampsaco.
Lamus, filius Herculis, ex Omphale Regina Lydiæ.
Lamus, equus generosus apud *Silium.*
Lamus, fluv. est Pisidiæ regionis Ciliciæ. *Ptol.*
Lamus, civ. Mediterr. Lamotidis regionis in Cilicia. *Ptol.*
Lancia, eadem quæ Lacia, civit. Lusitaniæ ad Tagum. Vulg. *Ledesma.*
Lancienses, pop. Lusitaniæ stipendiarii. *Plin.*
Lancosargi, pop. sunt Germaniæ. *Strab.* lib. 7.
Landi, pop. sunt Germaniæ. *Strab.*
Lando, Pontifex Romanus, ann. 913.
Langia, fons est in Nemæa sylva Arcadiæ. *Strab.*
Lanigara, opp. Mediterr. Mauritaniæ Cæsariensis.
Lanse, ins. una è Cycladibus in Ægæo. *Plin.*
Lanovion, opp. est in Peloponneso.
Lanuvium, oppidum est Latii Mediterraneum. *Ptol.* Vulgò *Indivina.*
Lanuvini, pop. sunt ab eodem oppido dicti.
Laocon, ontis, filius fuit Priami, & Hecubæ. *Virg.*
Laodamantia, insula in Libya. *Steph.*
Laodamas, Halius, & Clytoneus, filii fuere Alcinoi Regis.
Laodamia, Acisti, & Laodotheæ filia Protesilai uxor.
Laodamia, Bellerophontis filia, quæ ex Jove suscepit Sarpedonem Lyciæ Regem. *Homer.* 6. *Iliad.*
Laodice, Priami, & Hecubæ filia. *Hom.*
Laodice alia, Agamemnonis ex Clytemnestra filia.
Laodicea, ad Licum flumen, civ. est Cariæ in Asia.
Laodicea combusta, civ. Bizenorum in Galatia. *Ptol.*
Laodicea, civit. Syriæ curvæ: & Laodicena regio.
Laodiceni, & Laodicenses, pop. à Laodicea.
Laodocus, Antenoris Trojani filius, vir strenuus.
Laomedon, Rex Trojæ, Priami pater, Ili filius.
Laomedonteus, Laomedontius, Laomedontiacus, a, um. possessiva à Laomedonte.
Laomedontiades patronymicum, ut Laomedontiades Priamus. *Virg.*
Laomedonti, ins, in Libya: gentile Laomedontem. *Steph.*
Laomedontia, urbs quæ Lampsacus posteà appellata.
Laos, opp. Sybaritis habitatum. *Herod.* lib. 6.
Lapathos, sive Lapethos, opp. est Cypri. *Plin.*
Lapeles, civ. est Locridis regionis. *Strab.*
Lapedia, opp. est Cypri insulæ.
Lapersæ, Castor, & Pollux dicti sunt.
Lapethus, urbs Cypri, portum habens & navalia. *Steph.*
Lapidarii, sive Lapidei, campi Provinciæ Narbonensis.
Lapithæ, pop. fuerunt Thessaliæ, qui Centauri.
Lapitheus, & Lapitejus, a, um, adject. à Lapithis.
Lapithus, fluv. est Cypri insulæ. *Ptol.*
Lappa, opp. est Cretæ Mediterraneum. *Ptol.*
Lapsemandus, opp. Cariæ fuit. *Steph.*
Lar, fluv. est Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Lara, Nympha fuit Tyberina, cui Juppiter linguam absc[i]dit, quòd Junoni furta Jovis cum Juturna patefecerit.
Laranda, opp. Licaoniæ. *Strab.* lib. 12.
Lararium, sacrarium domesticum, in quo Lares, & dii peculiariter adorabantur. *Lamprid.*
Larassa, opp. est Mediæ. *Ptol.*
Larentia, nobilissima meretrix, quæ populum Romanum hæredem fecit, posteà pro dea habita, appellataque Flora.
Lares, filii Mercurii, & Laræ.
Lares, opp. de quo *Sallustius in Jugurtha.*
Larianum, civit. est Mysiæ majoris in Asia propria.
Larina, nomen nobilissimæ fœminæ in Italia. *Serv.*
Larina, urbs Laviniorum: gentile Larinæus. *Steph.*
Larinates Ferentani, pop. Hirpinorum in Italia.
Larines, es, fons est in Attica regione. *Plin.* lib. 4. cap. 7.
Larinum, opp. Apuliæ in Italia. *Plin.* lib. 4.
Larisse, vel Larissa urbs Æoliæ. *Herod.*
Larissa, opp. est in Italia. *Dionys. Halicarn.*
Larissa, Bœotiæ opp. *Solin.* cap. 12.
Larissa, opp. est Macedoniæ in Pelasgico. *Ptol.*
Larissa, opp. est Syriæ Cœles. *Ptol.* (*Steph.*
Larisso, quæ Pensilis, in Creta à nonnullis Pelasgia dicta.
Larissa, dicta olim quæ posteà Cortyna. *Steph.*
Larissa, opp. Thessaliæ, aliquandò Joscos. *Pomp.*
Larissa, opp. in Argoride. *Strab.*
Larissa, opp. Locridis regionis.
Larissæus, a, um, nomen deductum à Larissa.
Larius, filius fuit Lydi, Herculis filii.
Larius, lacus Galliæ Cisalpinæ. *Virg.* celebris. Vulg. *Lago de Como.*
Larius, a, um, nomen possessivum. *Catul. Lariumque litus.* Vide plura apud *Erasm. in Proverb.*
Larnenses, pop. Hisp. citerioris. *Plin.* lib. 3.
Larnus, fluv. est propè Sarcinorum: undè Larnenses.
Larodii, pop. sunt in Asia Scythica. *Herod.* lib. 3.
Larta, Epiri civitas, olim Ambracha dicta.
Lartehenianus, vicus propè Romam, qui Vejens dictus. *Cato in fragmentis originum.*
Larumna, opp. Cariæ juxta Halicarnassum. *Pomp.*
Larumnesia, insula adjacens Africæ. *Ptol* Vulg. *Conegeras.*
Larunda, Nympha fuit, quam alii Laram vocant.
Larymna, opp. Bœotiæ juxta Cephisum fluv. *Plin.*
Laryma superior, opp. est Locrorum.
Las, civ. Peloponnesi in sinu Laconico. *Ptol.*
Lascocia, civ. est Trocmorum in Galatia. *Ptol*
Lasia, insula in sinu Træzenio.
Lasia, ins. quæ posteà Andros dicta. *Plin.* lib. 4. cap. 12. Vulg. *Andro.*
Lasico, opp. Africæ sub Adrimito. *Ptol.*
Lasinii, qui Cameles Mæones. *Herod.*
Lassita, civ. est Hisp. *Ptol.*
Lasthenia mulier, quæ Platone præceptore usa est. *Laërt.*
Lastygi, opp. est Bæticæ in Hispania. *Plin.* lib. 3.
Lasus, viri proprium, qui primus de Musica scripsit. *Suid.*
Latala, castellum est provinciæ Narbonensis. *Pomp.*
Latania, civ. est Ponti, sive Bythiniæ. *Ptol.*
Late, es, quæ posteà Ladè, insula in ora Joniæ. *Plin.*
Late, civ. est Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Laterani, pop. Hisp. aliis quidem Laletani.
Lateranus, Patricius Ramanus, qui latere frequens in otio solebat: inde Lateranense Palatium.
Laterra, stagnum Provinciæ Narbonensis. *Plin.* lib. 9.
Latho, onis, fluv. est Cyrenaicæ regionis. *Ptol.*
Latialis, e, quod ex Latio, ut Latialis Juppiter.
Latinæ, arum, sacrificia quædam Jovi constituta. *Varr.*
Latium, pars Italiæ, ubi sunt Tyberina ostia. *Plin.* lib. 3. cap. 5. Vulgò *Campaña de Roma.*
Latium, dictum à latendo, quod ibi latuerit Saturnus *Ovid.*
Latium, antiquum fuit à Tyberi usque ad Fundos. *Sert.*
Latium, novum processit, usque ad Lirim fluvium.
Latini, pop. utriusque Latii antiqui & novi.
Latini, porta Romæ erat, qua quis in Latium ducebatur.
Latinus, a, um, adject. ut Latinum carmen. *Horat.*
Latiniensis, e, quoque dicitur, à Latinis. *Cic.*
Latinus, ni, Laurentium Rex, Fauni Regis filius. *Virg.*
Latmius, mons est Joniæ, sive Cariæ regionum. *Plin.*
Latmius, a, um, res ad hunc montem pertinens.
Latmius, sinus cognominatus, à Latmio monte.
Latomici, pop. sunt Pannoniæ superioris. *Ptol.*
Latomiæ, locus in carcere propè Tullianum. *Livius.*
Latomia, civ. est in Attica. *Strab.*
Latona, Cæi filia, à Jove dilecta pariter, & oppressa, ex quo Apollinem Dianamque concepit.
Latonia, dicta est Delos, quòd in ea enixa sit Latona. *Serv.*
Latonius, a, um, adject. ut proles Latonia. *Ovid.*
Latonigeni, dicti Apollo, & Diana. *Seneca*
Latonius quoque Apollo dicitur, & Diana Latois.
Latonæ, civ. urbs. Ægypti, ubi Latonæ templum. *Steph.*
Latreus, unus fuit è Centauris. *Ovid.*
Latris, ins. est in sinu Clypeno. *Plin.* lib. 4. cap. 15.
Latusates, pop. sunt Galliæ Aquitanicæ. *Plin.* lib. 4.
Latymnum, mons Crotonis, apud interpretem Theocriti.
Lavare, civitas est Hispaniæ. *Ptol.*

Lauce, insula in Poto Boristhenis ostio objecta.
Laud, flumen navigabile in Mauritania Tingitania. *Plin.*
Laudia, civ. est Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*
Laverna, dea fuit, quam Romani coluere, à qua.
Laverniones, dicti sunt fures, quod sub tutela Lavernæ deæ essent: & Lavernalis porta Romæ, ab æde Lavernæ propinqua.
Laugasa, civ. est Armeniæ minoris. *Ptol.*
Laugia, fons est in Nemea sylva Arcadiæ. *Strab.*
Lavinia, Latini, & Amatæ filia, Æneæ uxor. *Serv.*
Laviana, Præfectura est minoris Armeniæ. *Ptol.*
Lavinium, urbs, quæ Laurentum, à Lavinio Latini fratre dicta. *Serv.*
Lavinium, à Laurento dirimit *Strab.* lib. 5.
Lavinium, à Lavinia uxore Æneæ dictum putat. *Livius.*
Lavinium, à Lauro Lavinio cognominatur.
Lavinienses, Laurenses, & Lavinium ponit in Latio *Dionys. Halicarn.*
Launcium, metropolis Latinorum. *Steph.*
Laurea, Tullii Ciceronis libertus fuit. *Plin.* lib. 31.
Laurea, mulieris quoque proprium.
Laurentia, uxor Faustili, Romuli & Remi nutrix.
Laurentialia, festa, quæ in hujus Accæ Laurentiæ honorem fiebant. *Ovid.*
Laurentius, Hispanus, martyr egregius.
Laurentius, Dubliniensis Præsul, sanctitate clarus, Hageniæ in Hybernia regis filius.
Laurentius, Laureolus, & Laurea, & Laurentia, nomine virorum, ac mulierum, à Lauro deducta.
Laurentum, opp. Italia ad ostia Tyberis.
Laurentum, à Lauro ibi primùm inventa dicta est. *Pris.*
Laurens, entis, & Laurentes, oppidani à Laurento oppido.
Laureolus, insignis prædonis nomen. *Martial.*
Laurion, locus est in Attica regione, ubi argentum fodiebatur.
Laurolavinium, opp. Latii à Lavinio dictum.
Laurus, opp. est in Hispania.
Laus, fluv. est Brutiorum in Italia. *Ptol.* Vulg. *Cocco en la Basilicata.*
Laus Pompeja, opp. in regione Transpadana. *Plin.* Vulgò *Lodi. Es del Estado de Milán.*
Laus, opp. est Laconiæ, à Lao fluv. dictum.
Lausanna, Allobrogum civ. ad Lemanum lacum.
Launius fluvius Momoniarum in Hybernia.
Lausus, filius fuit Numitoris, quem Amulius occidit.
Lausus, Mezentii filius, quem Æneas interfecit. *Virg.*
Lautelæ, arum, locus Romæ ad Janum Geminum.
Laxi, pop. sunt Scythiæ. *Herod.* lib. 4.
Laxia, civ. est Celtiberorum in Hisp. *Ptol.*
Laxi, Themiscyræ regionis populi. *Plin.* lib. 6. cap. 5.

L ANTE E.

Lea, ins. una è Sporadibus in mari Ægæo. *Plin.*
Lea, seu Veneris ins. adjacens Cyrenaicæ regioni. Vulg. *Isla del Patriarca.*
Lea, opp. est Africæ sub Adrumeto. *Ptol.*
Leæna, nomen Atheniensis scorti. *Plin.* lib. 34. cap. 8.
Leander, Adolescens formosissimus, ex Abydo Hellesponti.
Leandrius, a, um, adject. ut Hellespontus Leandrius.
Leandris, civitas est Armeniæ minoris. *Ptol.*
Leanite, pop. sunt Arabiæ. Fœlicis. *Ptol.*
Learcus, filius Athamanti, & Inûs. *Ovid.*
Learchus, a, um, *Mœsta Learcheas mater tumulaverat umbras.*
Lebadian, civitas, Bœotiæ. *Hom.* Mydea dicta.
Lebedos, pen. cor. civ. Colophoniorum in Jonia.
Leben, enis, vel Lebena, opp. Cretæ insulæ. *Ptol.*
Lebinthus, ins. una è Sporadibus. *Plin.* lib. 4.
Lebuni, pop. sunt Gallæciæ in Hisp. *Plin.*
Lecalia, territorium Ultoniæ in Hybernia, à quo Baro Lecaliæ..
Lechæon, opp. in faucibus Peloponnesi. *Plin.*
Lechæum, navale est ex altera parte Peloponnesi. *Strab.*
Lectum, promont. inter Æolidem, & Troadem. *Plin.* Vulgò. *Scorpiata.*

Leda, filia fuit Thestii, & Tyndari Regis Laconiæ uxor.
Lædeus, a, um, adject. ut Lædei fratres. *Ovid.*
Ledetani, pop. sunt Hisp. *Ptol.*
Leenum, opp. est in Sarmatia Europæ. *Ptol.*
Lesnum, fluv. est Provinciæ Narbonensis. *Pomp.* lib. 2.
Lefferia, opp. Ultoniæ in Hybernia: unde Baro Lefferiæ
Legæa, una ex Nimphis: suavitate cantus dicta.
Legerda, urbs Armeniæ majoris. *Ptol.*
Legio prima auxiliatrix, in Pannonia superiori.
Legio prima Italica, in Mysia inferiori. *Ptol.*
Legio secunda, opp. Mauritaniæ Cæsariensis.
Legio secunda Augusta, opp. Britanniæ. *Ptol.* Vulg. *Lekerd.*
Legio tertia Augusta, in Numidia nova. *Ptol.*
Legio Germanica, opp. est Hisp. Tarraconensis. *Ptol.* Vulg. *Leon.*
Legionensis, e, res ad Legionem pertinens.
Leisia, territorium Lageniæ in Hybernia.
Leisos, opp. est Bœotiæ. *Hom.* 2. *Iliad.*
Leitus, unus ex quinque Bœotiorum ducibus, qui ad Trojam profecti sunt. *Homer.* lib. 2. *Iliad.*
Leaniticus, sinus maris Rubri in Ægyptum vergentis. *Plin.*
Lelanticus sinus, ab aliis Æleniticus, & Alaniticus dicitur
Lelanonius, sinus est Britanniæ. *Ptol.*
Lelantes, fluv. est Eubœæ ins. *Plin.* lib. 4. cap. 12.
Leleges, qui postea Locri Epicnemidi, pop. fuerunt Bœotiæ. *Plin.* lib. 4. cap. 7.
Leleges, pop. fuerunt in Asia. *Strab.* lib. 13.
Leleges, pop. quoque fuerunt Thessaliæ.
Lelegis, olim vocabatur Miletus, urbs Cariæ. *Steph.*
Lelegum, urbs in Icaria est, Megalopolis posteà, tertio Aphrodisias dicti. *Steph.*
Lelinia, opp. ac Sedes Episcopalis Lageniæ in Hybernia.
Lemani, pop. sunt Hisp. *Ptol.*
Lemannonius, sinus in Britannia, qui supra Lelannonius
Lemanus, lacus in quem influit Rhodanus. Vulgò *Lago de Losana.*
Lemeni, una ex septem gentibus Peloponnesi.
Lemnos, ins. maris Ægæi, è regione montis Atho. Vulgò *Stalimene.*
Lemniacus, a, um, adject. ut stirps Lemniaca. *Ovid.*
Lemniades, fœminæ ejus ins. quæ viros occiderunt.
Lemnius, a, um, res ad Lemnum pertinens. *Ovid.*
Lemnos, ins. una è Cycladibus, Vulcano, & ipsi Hyle celebris.
Lemon, opp. est Thessaliæ. *Steph.*
Lemovicus, pop. sunt Aquitaniæ. *Strab.* lib. 4.
Lemovices, pop. sunt Galliæ Aquitanicæ. *Plin.* Vulg. *Los de Limoges en Limosin.*
Lemures, larvæ Nocturnæ, & terrificationes imaginum, & bestiarum. *Nonius.*
Lenedos, Clarii Apollinis fanum fuit Joniæ.
Lenæus Baccus dictus est, quod lacum significat, i, vas, in quo uvæ continentur. *Virg.*
Lentini, sive Lentuli, Romani quidam cognominati sunt à Lente, sicut Cicerones à cicere.
Lentulus, civis Romanus cujus extant epistolæ ad Ciceronem.
Lenus, Regio Pisarum: incolæ Lenæi. *Steph.*
Leo, pontifex Romanus. ann. 440.
Leo II. Pont. Rom. ann. 683.
Leo III. Pont. Rom. ann. 705.
Leo IV. Pont. Rom. ann. 847.
Leo V. Pont. Rom. ann. 903.
Leo VI. Pont. ann. 928.
Leo VII. Pont. Rom. ann. 936.
Leo VIII. Antipapa, ann. 964.
Leo IX. Pont. Rom. ann. 1049.
Leo X. Pont. Rom. ann. 1513.
Leo XI. Pont. Rom. ann. 1605.
Leo Byzantius Pphilosophus, auditor Platonis, sophista nobilis.
Leochares unus scultorum, qui cælavere Mausoleum. *Plin.* lib. 35. cap. 5.
Leodamas, proprium Philosophi Mathematici. *Laër.*
Leodium, civit. est nobilis Belgicæ Eburonum populorum quæ

quorum Cæsar meminit. Vulgò *Lieja.*
Leogarius, Ultoniæ in Hybernia Rex.
Leon, prom. est Eubœæ, ins. Ptol. Vulg. *Cabo Mantello.*
Leon, fluv. est Syriæ Phœnices. Ptol.
Leonica, civ. Hisp. Ptol. undè Leonicenses.
Leonides, nobilis Lacædemoniorum Rex de quo Plut.
Leonides, Alexandri pædagogus parum probatus. Plin.
Leonina, Ægyptio vocabulo dicitur, quæ posteà Novaria civ.
Leontis, Tetrarchia est Ciliciæ.
Leontius, sculptoris eximii proprium. Plin. lib. 34. c. 8.
Leonum urbs, sive Leotopolis, civ. Ægypti. Ptol.
Leontopolites, nomos, præfectura est ibidem. Ptol.
Leontos, pop. est in Phœnicea regione. Plin. lib. 5.
Leontium, oppidum est Siciliæ insul. Ptol. nunc *Lentini,*
Leontini, opp. sunt Siciliæ à Leontio oppido.
Leosthenes, nomen viri, qui cùm sponsus esset, interfectus est. *Hier. contra Joviniam.*
Leosthenes, sinus post Bosphorum Thracium.
Lepadusa, melius Lopadusa, ins. maris Siculi, adjacens Africæ. Vulg. *Lapidusa.*
Lepethymnus, mos est Lesbi ins. Plin. lib. 6.
Lephana, civitas est Germaniæ magnæ. Ptol.
Lepidorum, civitas est Ægypti. Ptol.
Lepontiæ, Alpes. Vulg. *Los montes trás de Glaris.*
Lepontii, seu Lepontini, pop. sunt Alpini. Plin. l. 6. c. 20. Vulg. *Diegraupunter.*
Leprium, opp. est in Achaja propè Alpheum amnem. Plin.
Leprium, opp. est in Thera ins. Herod. lib. 4.
Leprium, oppidum in Arcadia. Plin. lib. 4. cap. 4.
Lepreatæ, gemini traduntur, & Triphylaici, & Arcadici.
Lepsemandus, oppidulum Cariæ. Steph.
Lepsia, ins. una ex Agris in ora Cariæ regionis. Plin.
Lepta, promont. ad Orientem Ægypti. Ptol.
Leptis, cognomine magna, civ. est inter Syrtes. Vulg. *Tripoli.*
Leptis parva, civ. Africæ propriæ. Vulg. *Mahometta.*
Leria, quæ & Hedeta, opp. est in Hisp. Ptol.
Lerina, insula contra Antipolin in mari Gallico.
Lerna, Argivi agri lacus est, supra quem fuit Argos opp.
Lerna, opp. est Peloponnesi in sinu Argolico. Pomp. lib. 2.
Lerna, aliis est regiuncula Arcadiæ, à Lerno Rege cognominata.
Lerneus, a, um, res ad Lernam hanc pertinens.
Lerniferus, a, um, adject. ut venenum Lerniferum. Ovid.
Leros, quæ & Leria insula in ora Cariæ, una è Sporadibus. Plin. Vulg. *Lerido.*
Lertosa, Illercaonum opp. in Tarraconensi Hispania. Ptol. lib. 2. cap. 6.
Lesa, civitas est Sardiniæ insulæ. Ptol.
Lesitanæ aquæ, ponuntur in Sardinia insula. Ptol.
Lesbos, ins. est nobilis adjacens Troadi. Vulg. *Metelin,* à Mytilene ejus urbe precipua.
Lesbiacus, a, um, quod ad Lesbon spectat dicitur.
Lesbides, dicuntur mulieres ex Lesbo. Ovid. 5. *Epistolarum.*
Lesbius, a, um, res ad hanc insulam pertinens.
Lesbous, a, um, quod ex Lesbo est. Hor. *Lesboum refugit tendere barbiton.*
Lestoron regio, in India est extra Gangem. Ptol. Hodiè Regnum Pego dicitur.
Lestrygones, pop. fuerunt in extremo Italiæ. Hom.
Lestrygonum Campi à Plin. describuntur in Italia.
Lestrygonius, a, um, res ad Lestrygones pertinens. Horat.
Letandros, ins. è Cycladibus. Plin. lib. 4.
Lete, civ. est Macedoniæ. Ptol.
Lethe, es, fluv. est inferorum poëtis, id est, oblivione.
Lethes, qui & Limia, fluv. est Hisp. Vulg. *Guadalete.*
Lethæus, a, um, ad Lethem pertinens.
Lethæus, fluv. qui Berenicem abluit juxta Syrtes.
Letoa, ins. adjacens Cretæ ins. Ptol.
Letoja, ins. juxta Cephaloniam insulam. Plin.
Letupolis. civ. Ægypti; undè Letupolites nomos.
Letus, mons est in Cispadana regione. Liv. Vulg. *Alpi de San Pelegrino.*

Levanta, Dea, quæ pueris præerat, terræ levandis. S. Aug.
Leucha, opp. est Italiæ Strab. lib. 6. Vulg. *Cabo de Luca en tierra de Otranto.*
Levani, pop. Asturum conventus Lucensis.
Leuca, opp. in confinio Cariæ, & Joniæ.
Leucadia, ins. Epiri olim, Neritis dicta. Plin. Vulg. *Leucada, ó Santa Maura.*
Leucadius, a, um, ut Leucadius vertex. Lucan.
Leucæ, ins. quinque sunt non longè à Lesbo ins.
Leucanape, villa est Marmaricæ Ægypti. Ptol.
Leucæthiopes, pop. sunt Libyæ interioris. Ptol.
Leucagus, vir interfectus excussus curru. Virg.
Leucaristos, opp. est Germaniæ magnæ. Ptol.
Leucas, civit. Phœniciæ, Balaneæ prius dicta. Steph.
Leucas, insula est adjacens Epiro. Pomp. lib. 2.
Leucas, promont. item Acarnanum in Epiro.
Leucasia, ins. est in mari Tusco. Plin. lib. 3.
Leucaspius, portus in Marmarica Ægypti. Ptol.
Leucaspis, vir Trojanus cum Ænæa in Italiam navigans, porcella obrutus. Virg. lib. 6. *Æneid.*
Leucata, litus, sive ora, locus Provinciæ Narbon.
Leucates, promont. est Epiri mare intrans. Virg. *Mox & Leucatæ nimbosa cacumina montis.*
Leuceatæ, id est, album littus in Marmarica Ægypto.
Leucæ, insul. parva, circa Boristhenem, quæ & Achillæa & Marcaron appellatur.
Leuce, ins. est propè Cretam. Plin. lib. 4. cap. 12.
Leuce, pop. Galliæ Belgicæ propè Lingones. *Donde hoy se halla la Ciudad de Toul, en el Ducado de Lorena.*
Leuci, id est, albi, montes sunt Cretæ insul. Ptol.
Leudi Camini, vicus Marmaricæ Egypti. Ptol.
Leucippides, id est, filiæ Leucipii, à Castore, & Polluce raptæ.
Leucippus Philosophus, qui omnia pleno, & inani constare dixit. Cic. Tusc. lib. 4.
Leucogei, fontes inter Puteolos, & Neapolim. Plin.
Leucogei, intem colles inter Puteolos, & Neapolim. Plin. Vulg. *Limera.*
Leucola, promontorium Pamphyliæ contra Cyprum. Plin.
Leucola, portus est quidam Cypri ins. Plin.
Leucolithi, pop. sunt Ciliciæ regionis. Plin. lib. 5.
Leucon, Africæ locus est. Herod. lib. 4.
Leucon, Rex Ponti, à fratre Oxilocho interfectus.
Leuconis, lacus in Bœotia est, qui aliàs Copias, vel Copæa.
Leucones, opp. celebratum in Ægypto. Ptol.
Leucopetra, promont. est Brutiorum in Italia. Ptol. Vulgò *Cabo delle Arme, ó Spastavento en Calabria.*
Leucopetra, locus est in Arabia. Plin.
Leucopolis, locus est Doridis regionis. Plin. lib. 5. cap. 29.
Leucosia, ins. contra Pæstanum sinum mari Thyrreno Lucaniæ adjacens. Strab. lib. 6.
Leucosyri, pop. sunt Cappadociæ. Ptol.
Leucosyria, priùs dicebatur, quæ nunc Cappadocia.. Strab. lib. 12.
Leucosyrus, fluv. Ciliciæ, Pyramus posteà appellatus. Steph.
Leucathea, Aurora dicta, quasi alba Dea. Cicer.
Leucothea, insula adjacens Italiæ propè Capreas. Plin.
Leucothea, fons est Sami insul. Plin. lib. 5. cap. 31.
Leucothoë, Orchami, & Eurynomes filia, à Phœbo adamata. Ovid. 4. *Metam.*
Leuctra, exiguus pagus agri Tespiensis. Plaut.
Leuctricus, a, um, adject. ut pugna Leuctrica. Cicer. 2. Offic.
Leuctrum appellat Strab. locum Thraciæ.
Leucus, fluv. est Assyriæ. Ptol.
Leugæsso civitas est Armeniæ minoris. Ptol.
Levi, nomen Patriarchæ: à quo Levita, seu Levites.
Leviathan, dictio Hebræa, qua significatur *draco,* vel *serpens. Hier.*
Levinus Hybernus, Scotorum Archiepiscopus martyrio clarus, homilias alias reliquisse fertur, claruit ann. 1007. Possev.
Leuti, pop. Vindeliciæ. Ptol.
Leuni, pop. sunt Hispaniæ citerioris. Ptol.
Leunone, pop. sunt Scandiæ in Germania.

Leuphana, oppidum Germaniæ. Vulg. *Hanopher.*
Leurternii, pop. sunt Italiæ. *Strab.* lib. 6.
Leutra, sive Leuctra, opp. est Bœotiæ.
Leutra, opp. quoque Laconiæ.
Leutychides, vir Lacedæmonius, inimicus Demarathi.
Lexovii, pop. sunt Galliæ Lugdunensis. *Cæsar.*
Lexuvii, appellantur à Ptolemæo prędicti populi, quorum metropolis Neomagus. Vulg. *Lisieux.*

L ANTE I.

Lianum, civ. est Sarmatiæ Europę. *Ptol.*
Liba, ę, insula est in mari Indico.
Libana, urbs Syrię juxta Atras. *Steph.*
Libanius, sophista Antiochenus, tempore Juliani Apostatę; hic argumenta edidit in orat. Demost.
Libanophora, regio est Arabię Fœlicis. *Ptol.*
Libanothus, ventus inter Libam: hoc est Africum, & Notum.
Libanus, mons est inter Arabes, & Phœnices. *Strab.*
Libba, civ. est Celtiberorum in Hisp. *Ptol.*
Libarna, civ. est Gallię Togatę. *Plin.* l. 3. c. 8. Vulg, *Incisa.*
Libentina dea, Venus seu Proserpina, à libidine. *S. August. de* (*Civ.* l. 4.
Liber, dicitur Bacchus, quod curis nos liberet. *Ser.*
Liber, interdum ponitur pro ipso vino, sicut Ceres pro frumento. *Terent.* Sine Cerere & Baccho friget Venus.
Libera, dicitur Proserpina, Bacchi soror.
Libera, civ. Bœotię est, quam Bacchus condidit.
Liberalia, Liberi festa, quę Gręcis dicuntur Dionysia.
Liber, dicitur Sol, quia liberè per aërem vagatur.
Liberia, civitas Hisp. Bœticę. Vulg. *Granada.*
Liberini, qui Eliberi, pop. Hisp. Bœticę. *Plin.*
Liberius, Pontifex Romanus, ann. 352.
Libertas, apud Romanos Libertatis dea dicebatur.
Libetra, sive Libetros, fons Magnesię Musis sacer: unde Musę Libethrides. *Plin.* lib. 4. cap. 9. & *Pomp.*
Libetra, spelunca in eodem loco, ubi Libethra fons est.
Libethrus, apud Lycophonem mons est Macedonię.
Libitina, dea libidinis, quam alii Venerem, alii Proserpinam dixere.
Libo, onis, Romanus civis, cujus meminit. *Horat.*
Libocus, fluv. est Hybernię insulę. *Ptol.*
Libora, Carpetanorum urbs apud *Ptol.* lib. 2. cap. 6.
Libra, signum cœleste, quod 13. Kalend. Octob. ęquinoctium facit autumnale.
Libunca, oppid. est Hispan. *Ptol.*
Liburnia, regio est inter Illiridem, & Dalmatiam. Vulgò *Esclavonia, Croacia.*
Liburni, pop. ejus regionis incolę.
Liburni, sive Illyrii, sub extremis Alpium radicibus agunt.
Liburnides, insulę sunt contra Liburniam sitę. *Plin.*
Liburnus, portus Tuscorum. *Ptol.* Vulg. *Liborno.*
Libya, dicta est ea Africę pars, in qua Libya Epaphilia habitavit.
Libya, nonnumquam ponitur pro tota Africa.
Libyas, adis, opp. Judææ conditum ab Herode juxta Jordanem. *Ptolem.*
Liyys, & Libyssa, vir, & mulier ex Libya orti.
Libyssa, oppidum Libyæ: item oppidum Bithyniæ, ubi mortem Annibal. *Plin.* lib. 5. cap. 32.
Libyssinus, a, um, res ad Libyam pertinens.
Libystinus, a, um, à Libya: undè Apollo Libystinus.
Libystinus, Apollo dictus, ab his, qui Pachynum Siciliæ, prom. incolebant.
Libystini, pop. Colchis vicini. *Steph.* (c. 11.
Libystos, Scytharum oppidum juxta Danubii ostia. *Plin.* l. 4.
Libyssis, idis, à Libya in forma patronymici.
Libyssus, Romæ campus dictus, quòd illuc primùm fruges ex Libya allatæ sint.
Libyssus, & Argivus campus posteà vicus Tuscus dicta est.
Libyx, bycis, à quo genitivo fit.
Libycus, a, um, possessivum à Libya: unde ora Libyca.
Libyca, palus in Africa propria celebratur. *Ptol.*
Libycis, idis, urbs Judææ Orientali parti Jordanis.
Libyærche, pop. sunt in Marmarica Præfectura. *Ptol.*
Libyæthiopes, pop. mixti ex Libycis, ac Æthiopibus.
Libyas, civ. Judææ ab Oriente Jordano. *Ptol.*
Libypa, cognomine Clausa, opp. Bœticæ. *Plin.*
Libyphœnices, pop. qui Pizejum Africæ incolunt
Libysoca, opp. Hisp. conventus Carthag. *Plin.*
Licates, pop. sunt in Alpibus siti *Plin.* lib. 3. cap. 20.
Libyssa, opp. est Bithyniæ nota, sepulcro Annibalis
Libystos, opp. est Thraciæ. *Plin.* lib. 4. cap. 11.
Lichades, tres sunt insulæ in mari Euboico.
Lichas, nomen viri, qui Herculem secutus est. *Fest.*
Lichindus, urbs Siciliæ: gentile Lichindinus. *Steph.*
Licianus, poëta Martiali coætaneus, & conterraneus.
Licinia, opp. est Hispaniæ. *Ptol.*
Lieneni, populi sunt Corsicæ insulæ. *Ptol.*
Lietrimia, comitatus Conaciæ in Hybernia.
Lisseus fluv. Lageniæ in Hybernia.
Ligarius, quidam Romanus, pro quo orationem habuit. *Cic.*
Ligarianus, a, um, Cicero Ligarianam, ut video præclarè tua auctoritas commendavit orationem
Liger, Ligeri, viri proprium. *Virg.* lib. 10. Æneid.
Liger, eris, fluv. est Galliæ Lugdunensis. *Ptol.* Vulg. *Loire.*
Ligea Nimphæ nomen à cantus suavitate.
Ligella, nomen est vetullæ apud Martialem.
Liguria, regio est Italiæ Alpibus finitima. Vulg. *La provincia de Genova.*
Ligur, uris, mas, sive fœmina ex Liguria regione.
Ligures, pop. sunt ultra, & citra Alpes.
Ligus, uris, commun. gen. nomen gentile à Liguria. *Prisc.*
Ligusticum mare dicitur, quod est è regione Liguriæ.
Ligusticus, a, um, res ad Liguriam pertinens.
Ligya, una est Syrenarum.
Ligyes, pop Asiæ, qui cum Xerxe contra Græcos militarunt. *Herod.*
Ligystina, civitas juxta Tharsum: incolæ Ligyes vocantur. *Steph.*
Ligysthus, Phaëtontis filius.
Luæa, opp. juxta quod Cephisus fluv. erumpit. *Plin.*
Lilæa, opp. est Ætoliæ in Peloponneso. *Ptol.*
Lilæa, fons est in Phocide apud *Homer.* 2. *Iliad.*
Lilandus, fluv. est Eubœæ insul. *Strab.* lib. 10.
Lilybeum, opp. & prom. Siciliæ. Vulg. *Marsala.*
Lilybæus, a, um, & Lilybetanus, a, um, adject.
Limenejum, locus est in Lydia. *Herod.* lib. 1.
Limena, civit. est in Cypro ins. *Strab.* lib. 14.
Limenotis, Chersonesus Celtica. *Steph.*
Limentinus, putabatur deus, qui liminibus præesset.
Limia, fluv. est Galleciæ cognominatus Lethes.
Limicorum forum, opp. est Hisp. *Ptol* Vulg. *Ponte de Lima.*
Limiosaltum, opp. est Germaniæ. *Ptol.*
Limiricum, civ. regia, maritima, caput Comitatus, ac Sedes Episcopalis Momoniarum in Hybernia, civium multitudine ac nobilitate, aëris temperie, telluris fertilitate, ac Sinneni fluminis irrigatione ditissima.
Limne, urbs Hellesponti circa Sestum
Limnea, vicus in Argo. *Steph.*
Limnoria, Nympha, *cura lacus* sic dicta.
Limnos, ins. est inter Brittanniam, & Hyberniam. *Ptol.*
Limoniades, Nymphæ sunt florum, & pratorum. *Arist.*
Limonium, opp. Pictonum in Aquitania. Vulgò *Limo.*
Limovici, pop. Aquitaniæ post Pictones. Vulgò *Limosins.*
Limyra, opp. & fluvius Lyciæ. *Plin.*
Lincasii, opp. sunt Galliæ Lugdunensis. *Strab.* lib. 4.
Lindos, opp. est Rhodi insul *Pomp.* Vulg. *Lindo.*
Lindum, civ. est Britanniæ insul. *Ptol.* Aliter Lincoliana, & Lindecolinum. Vulg. *Lincol.*
Lindum, alia civitas est Britanniæ insul. *Ptol.* lib. 2.
Lineum, opp. est in Peloponneso. *Strab.*
Lingones, pop. sunt Galliæ Belgicæ. Vulg. *Longres.*
Longonicus, a, um, adject. *Mart. Clad. Persius.*
Linterna, palus juxta Linternum. Vulg. *Lago de la patria en tierra de Laboro.*
Linternum, vicus Campaniæ Scipionis Africani morte, & sepulchro nobilis, *Silius.* lib. 8. *Donde hoy se halla Torre de la Patria.*

Linternius, a, um, & Linternus, a, um, adject. *Suid.*
Linternus, fluv. Campaniæ, non longè à Vulturno fluv. & opp. Boccat.
Lintrium, oppidum Norici juxta Danubium.
Linus, Rom. Pont. ann. 67.
Linus, filius Apollinis ex Piammate, Crotopi, Argivorum Regis filia.
Linus, juxta alios Apollinis, & Terpsicores filius. *Serv.*
Linus, item Hypermenestræ maritus, Ægisthi filius.
Linus, fons in Arcadia regione. *Plin.* lib. 31. cap. 2.
Linx, fluv. & urbs Mauritaniæ. *Steph.*
Lipara, ins. juxta Siciliam, una ex 7. Æoliis. Vulgò *Lipara.*
Lipara, à Liparo rege, cui successit Æolus, dicitur. *Plin.* lib. 3. cap. 9.
Liparæi, dicuntur incolæ omnium in communi, adjecto loci vocabulo.
Liparitanus, a, um, sive Liparensis, à Lipara insula.
Liparis, fluv. est Ciliciæ regionis Asiæ. *Vitruv.*
Lipaxus, urbs est in regione Cressæa. *Herod.* lib. 7
Lipsia Miniæ urbs, Academia celebris.
Liquentia, fluv. & portus Venetiæ regionis. Vulg. *Livenza.*
Liraghia, territorium Lageniæ in Hybernia, Vicecomitis titulus.
Lircæ, populi sunt Scythiæ, ex venatu victitantes. *Herod.*
Lircum, opp. est in Peloponneso. *Strab.*
Liria, fluv. est Provinciæ Narbonensis. *Plin.* lib. 3. cap 5.
Lirimiris, urbs, est Germaniæ magnæ. *Ptol.*
Liriope, Nympha, Oceani, & Tethyos filia. *Ovid.*
Liris, fluv. est Campaniæ Minturnas præterlabens. Vulgò *Garillano*: undè.
Lirinates, pop. Liris fluv. accolæ.
Lirnytea, urbs Pamphiliæ. *Steph.*
Lisculasa, opp. Bœticæ, conventus Gaditani.
Lismoria, civ. Episcopalis Momoniarum in Hybernia, insigni quondam Academia, ac S. Cathaldo Hyberno Doctore, Episcopo, ac Patrono Tarentinæ civitates celeberrima.
Lissa, opp. est Jacetanorum in Hisp. *Ptol.*
Lissa, quæ Lixa, opp. est Mauritaniæ Cæsar. *Ptol.*
Lissa, ins. est in mari Illirico. *Plin.*
Lissum, opp. Romanorum civium in Liburnia. Vulg. *Alesio.*
Lissus, fluv. Thraciæ inter Messambriam & Strymam. *Herod.*
Lissus, opp. est in finibus Dalmatiæ. *Ptol.*
Lista, opp. fuit in Italia antiquum. *Dionys. Halicarnas.*
Lithæus, fluv. est Cretæ insulæ. *Ptol.*
Litheus Apollo in Malea, quod ibi in lapide collocatus sit.
Lithuania, Sarmatiæ pars Poloniæ conjuncta, quæ & Lutens.
Litra, mons Galliæ Sequanos, & Helvetios separans.
Livii, pop. sunt Provinciæ Narbonensis.
Livius, historicus Patavinus, res gestas Rom. miro artificio scripsit.
Livius Andronicus, Livii Salinatoris, libertus, Latinorum poëtarum antiquissimus. *Eus.*
Livonia, Sarmatiæ pars citra Lithuaniam.
Lix, sive Lixa, vel Lissa, oppidum Mauritaniæ Tingitanæ.
Lixus, fluv. est Mauritaniæ. *Plin.* lib. 5. cap 1.

L ANTE O.

Lobetum, & Lobetani, pop. sunt Hisp. *Ptol.*
Lobrini, montes in Phrygia sunt: unde Rhea Lobrina Scholiastes Nicandri.
Locanus, civ. Locrensium in magna Græcia.
Locanus, fluv. est in ora magnæ Græciæ. *Ptol.* Vulg. *Sagriano en Calabria.*
Lochias, promont. Ægypti juxta Alexandriam.
Locoritum, opp. est Germaniæ. *Ptol.* Hodiæ Trutonia. Vulg. *Farchén en Franconia.*
Locris, regio est conterminata Phocidi, Parnaso incumbens.
Locri, ejus regionis populi.
Locri Ozolæ, pop. in Achaja, sic dicti à malo odore.
Locri Epizephyrii, pop. sunt in magna Græcia. *Plin.*
Locri Epicnemidii qui ad ortum Parnasii accolunt.
Locrensis, e, res ad utrosque pertinens.
Locrenses, qui trans Eubœam incolunt populi.
Locrus, civ. Magnæ Græciæ.
Locusta, benefica fuit Neroni grata, ex Galliis evocata, de qua *Dion. Historicus, & Joven. Satyr.* 1.
Lœmius, Apollinis cognomen, ipsi à Lydis impositum.
Logi, pop. sunt Britanniæ insul. *Ptol.*
Logia fluv. est Hyberniæ insul. *Ptol.*
Londinium, sive Londinum, opp. est Britanniæ insulæ metropolis. *Ptol.* Vulg. *Londres.*
Londonderria, opp. Ultoniæ in Hybernia, & titulus Comitis.
Londorir, ins. est adjacens Lusitaniæ. *Ptol.*
Longa Alba, urbs in Latio, quam Ascanius ædificavit, de qua *Virg.* lib. 8.
Longiduni, pop. sunt Germaniæ. *Ptol.*
Longobardi, pop. sunt Germaniæ, sic à longis barbis cognominati.
Longobardorum Regnum in Gallia Cisalpina fuit.
Longonæ, urbs Siciliæ. *Steph.*
Longula, opp. fuit Latii, quod interiit: unde.
Longulani, pop. ab eodem oppido Longula. *Plin.*
Longum, promont. est in Sicilia ins. *Ptol.*
Longus, fluv. est Britaniæ insulæ. *Ptol.*
Lopadusa, insul. juxta Taspum Libyæ. *Steph.* Vulgò. *Lampedusa.*
Loosida, civ. est in Illyrico. *Ptol.*
Lorcitani, pop. Hisp. conventus Carthaginensis.
Lorini, pop. sunt Lydiæ, conventus Sardiniæ.
Loryma, locus est in Caria. *Strab.* & *Plin.* lib 5. cap. 28.
Los, ins. circa Thessaliam: insularis Lous. *Steph.*
Loscordia, caput est gentis Illyricæ. *Flor.*
Lotharingia, Galliæ regio. Vulgò. *Lorena.*
Lotoa, insul. est adjacens Epiro. *Ptol.*
Lotos, sive Lotis, idis, Nympha Neptuni filia, quæ Priamum fugiens, in arborem sui nominis versa est.
Lotophagi, pop. Africæ propriæ. *Ptol.*
Lotophagitis, ins. est in Africa propria, adjacens Lotophagis. Vulgò *Celves.*
Louthia, opp. ac titulus Baronis Ultoniæ in Hybarnia.
Loxa, fluv. in Anglia. Vulg. *Firth.*
Loxias, dictus est Apollo propter obliqua, & tortuosa responsa, vel quòd Sol Zodiacum oblique pererret.
Lovanium, civ. & Academia nobilis Brabantiæ in Belgio Vulg. *Lovaina.*

L ANTE U.

Lubanci, pop. sunt Hisp. *Ptol.*
Lubecum, civ. magnæ Saxoniæ.
Lubia, sive Lubica, civ. est citerioris Hisp. unde.
Lubienses, sive Lubenii, pop. ab eadem Lubia.
Luca, civ. Hetruriæ, sive Tusciæ in Italia: undè.
Lucenses, pop. dicti, qui Lucam habitant.
Lucania, Italiæ regio, inter Apuliam, & Calabriam. Vulgò *Basilicata*: undè.
Lucani, pop. ex eadem Lucania.
Lucanus, Cordubensis patria, poëta egregius, Senecæ tragœdiarum scriptoris nepos.
Lucenses, pop. sunt Hisp. sic dicti à Luco Augusti.
Lucensis, conventus citerioris Hisp. est. *Ptol.*
Lucentium, oppidum Tarraconensis Hispaniæ à sequenti diversum. *Ptol.* Vulg. *Susana.*
Lucentia, urbs Hisp. citerioris, Romanorum colonia. *Pomp.*
Lucensii, pop. sunt Hisp. Lucentia.
Luceres, sive Lucrenses, tertia pars pop. Romani, temporibus Romuli. *Serv.*
Luceria, opp. est Apuliæ Ausonum colonia. *Plin.* lib. 3. c. 11.
Lucerius, Ardeæ Rex, qui auxilio fuit Romulo contra Tatium.
Lucerna, Helvetiorum civitas.
Lucetius, dictus est Jupiter, à Luce quam hominibus præstare putabatur.
Lucetia, Juno, quòd Lucis causa sit, parturientes adjuvans.
Lucifer, (secundùm poëtas) filius fuit Jovis, & Auroræ.
Luciferi templum, opp. in Hisp. Bætica, *Strab.* lib. 13.
Lucii Omani, pop. in Germania magna.
Lucilius, poëta primus apud Romanos, qui cepit Satyras scribere. *Quintil.*

Lucina, dicta Juno, quòd partum in lucem ferat, vel quòd oculis præsit, & luci. *Plin.* lib. 16. cap. 44.
Lucinam, alii à Luco deducunt, qui Romæ, Junoni sacer est.
Lucinæ, civ. & ejus templum ponitur in Ægypto. *Strab.*
Lucius Pontifex Romanus, ann. 253.
Lucius II. Pont. Rom. ann. 1144.
Lucius III. Pont. Rom. 1181.
Lucius, prænomen est Romanis familiare: quod ideo impositum est ei qui primo hoc prænomine fuit appellatus, quia oriente luce natus fuit.
L. Ostius Romanus, qui patrem suum proscriptum, ut ejus bona acciperet, latentem prodidit. *Plut.*
Lucopibia, opp. est Britanniæ ins. *Ptol.* Vulg. *Loquaber.*
Lucretia, opp. Parisiorum Galliæ Lugdunens. *Ptol.*
Lucretia, matrona nobilis Romana, castitatis præcipuum lumen, de cujus historia vide *Livium,* 1. *ab urbe.*
Lucretilis, mons est in Sabinis. *Horat.* lib. 1. *Carm.*
Lucretius Poëta, Terentio & Varrone antiquor, Cicerone autem 12. annis natu minor, scripsit sex libros *de Nat. rerum.*
Lucrinium, opp. est Dauniorum in Apulia. *Strab.* lib. 6.
Lucrinus, & Avernus, lacus uterque in Bajano sinu piscibus abundans. *Serv.* 2. *Georg.*
Luctatius Catulus, civis Romanus, qui sexcentas Pœnorum naves inter Siciliam, & Africam depressit.
Lucidonesii, pop. sunt Sardiniæ insul. *Ptol.*
Lucullus, nobilis Rom. qui præclaras res gessit. *Plut.*
Luculleus, a, um, adject. ut Lucullеum marmor.
Lucumo, viri nomen, à quo Lucumones dicti, qui posteà Lucrenses, vel Tusci. *Varr.*
Lucumorii fanii, pop. circa fanum Vollurrenæ habitantes.
Lucus, Asturum opp. est Hisp. *Ptol.*
Lucus Augusti, opp. est Hisp. Tarraconens. *Ptol.* Hodie Otuca. Vulgò *Lugo.*
Lucus Dematus, civ. est Sarmatiæ in Europa. *Ptol.*
Lucus Feroniæ, civ. Tusciæ Mediterranea. *Ptol.*
Lucus Feroniæ, prom. est Hetruriæ. *Ptol.* Vulgò *Piedra santa.*
Lucus Jovis indigetis, opp. antiqui Latii.
Lucus Vulsiniensium, in Tuscia. Vul. *Bosco de montefiascone.*
Luentium, opp. est Britanniæ ins. *Ptol.*
Luetii, pop. sunt Germaniæ. *Strab.* lib. 7.
Lugdunensis, Gallia ab Occasu Oceanum mare, à septentrione Britannicum Oceanum, à Meridie ipsam Lugdunensem Galliam, ab Oriente Galliam Belgicam habet.
Lugdunum, civ. est Galliæ Lugdunensis Metropolis. Vulgò *Leon.*
Lugdunum, opp. est Aquitaniæ, ad Pyrenæum. *Ptol.*
Lugdunum, Germaniæ urbs. *Ptol.* Hodie *Goglavia.*
Lugidunum, civ. Bataviæ, quæ & Ultrajectum. Vulg. *Utrech.*
Luii, pop. sunt Germaniæ. *Strab.* lib. 7.
Luma, civ. est Arabiæ Desertæ propè Mesopotamiam.
Lumanus, Hybernus Episcopus S. Patricii nepos, scripsit de ejus virtutibus & miraculis. *Jocelinus.*
Luna, opp. est Hetruriæ ad mare situm. Vulgò *Luni.*
Luna, una ex quatuor Coloniis, quas Janus in litore Hectrusco posuit.
Lunarium, promont. in Hispania, quod & mons Jovis dictum.
Lunensis, e, res ad hanc Lunam pertinens.
Lunæ, mons in Æthiopia interiori. *Ptol.*
Lunæ promont. est in Æthiopia interiori. *Ptol.*
Lughaerius, fluv. Momoniarum in Hybernia.
Luparia, civ. est Oretanorum in Hisp. *Ptol.*
Lupercal, locus Romæ, ubi sacra Panos fiebant. *Serv.*
Lupercalia, ium, vel orum. *Las fiestas del Dios Pan.*
Lupercus, i. *El Sacerdote de aquellos Ritos.*
Luperci dicti sunt, quasi ex illorum mysteriorum semine exorti, ut *Varro.* putat.
Lupfurdum, Germaniæ urbs: hodie Mysna. Vulg. *Meissen.*
Lupiæ, arum, sive Luspiæ, opp. est Calabriæ. *Plin.*
Lupia, fluv. Germaniæ in Rhenum defluens. *Pomp.* Vulg. *Lippi.*
Luppia, opp. est in eadem Germania. *Ptol.*
Lurinum, opp. est Corsicæ insulæ.
Lusi, orum, sive Lusæ, arum, civ. est Arcadiæ.
Lusia, una ex Hyacinthi filiabus. *Steph.*
Lusitania, tertia pars Hisp. inter Durium & Anam fluvios.
Lusitania, Hisp. Provincia, quæ nunc ferè est Portugallia.
Lusitania, ab Occasu Oceano Atlantico, à Meridie Ana fluvio terminatur.
Lusitanus, a, um, res ad Lusitaniam pertinens.
Lusius, Arcadiæ fluv. penes quem sepulchrum Æsculapii.
Lusones, pop. Celtiberiæ, undè oritur Tagus. *Strab.*
Lusonium, opp. est Pannoniæ inferioris. *Ptol.*
Luspiæ, civitas Calabriæ. *Ptol.* lib. 3. cap. 1.
Lusi, urbs Arcadiæ: civis Lusius, Lusiates, Lusæus. *Steph.*
Lustricus dies, quo infantes lustrabantur. *Fest.*
Lutetia, Galliæ urbs nobilissima, cognomine Parisis. Vulgò *Paris.* Græcè Leucetia.
Lute, cognomine Buri pop. Germaniæ. *Ptol.*
Luvius, fluvius Momoniarum in Hybernia.
Luxemburgum, urbs Galliæ Belgicæ. Vulgò *Luxembourg.*

L ANTE Y.

Lyæus, dictus est Bacchus, quod curas solvat. Undè Lyæus, a, um, pro Lyæius. *Virg.*
Lycabetus, mons est in Attica regione. *Plin.* lib. 5. cap. 7.
Lycades, ins. sunt contra Helladem sitæ. *Plin.* lib. 4.
Lycæas, urbs Arcadiæ: civis Lycæus. *Steph.*
Lycæa, dicta ludicra illa sacra, quæ Latinis Lupercalia.
Lycæus, mons est Arcadiæ Pani deo sacer, itemque Jovi.
Lycambes Neobules pater fuit, quem Archilocus Poëta carmine ad suspendium adegit. Unde.
Lycambæus, a, um. *Ovid. Tincta Lycambæo sanguine tela dabit.*
Lycaon, Arcadiæ Rex, Titani, & Terræ filius. *Ovid.*
Lycaon alius, Nelei filius, & Nestoris frater.
Lycaon, Priami filius, ex Laothoë, Atlai Lelegum Regis filia ab Achille occisus.
Lycaon, item Gnosius faber, & Artifex ensis, quem Ascanius dedit Eurialo. *Virg.* lib. 9. *Æneid.*
Lycaonius, a, um. *Ovid. Fœda Lycaoniæ referens convivia mensæ.*
Lycaonia, regio Asiæ minoris contermina Galatiæ.
Lycaonia, Præfectura est in Cappadocia. *Ptol.*
Lycaoniam, aliqui scribunt partem Arcadiæ cognominatam. *Steph.*
Lycaones, pop. Asiæ, Phrygibus, & Galatis vicini.
Lycaonius, a, um, res ad Lycaoniam pertinens.
Lycapsus, vicus propè Lydiam. *Steph.*
Lycaste, filia Priami, Polydamii Antenoris filii uxor.
Lycaste, nobile scortum in Sicilia, quam Venerem vocaverunt.
Lycasto, civ. est juxta Halym fluv. sita. *Pomp.*
Lycastus, opp. Cretæ Mediterraneum, sic dictum à luporum multitudine. *Strab.* lib. 10.
Lycatii, pop. sunt Vindeliciæ. *Ptol.*
Lycatus, Arcadiæ mons; forsam Lycæus. *Solin.*
Lyceum, Athenis fuit Schola Aristotelis, sicut Academia Platonis.
Lyceum, gymnasium erat Ciceronis in Tusculano. *Cic. de Divin.*
Lycnidus, civ. est Dassaretiorum in Macedonia. *Ptol.* Vulgò *Ocrida.*
Lychnitis, palus est Armeniæ majoris. *Ptol.*
Lycia, regio est Asiæ minoris, Pamphyliæ contermina.
Lycia, à Lyco Rege, Pandionis filio, appellata est. *Solin.*
Lycios, primò Termilas dictos, dicit *Herod.* lib. 1.
Lycii, pop. ejusdem Lyciæ Dario tributarii.
Lycium mare, quod positum est contra Lyciam.
Lycias, fluv. est Vindeliciæ. *Ptol.*
Lycida, opp. est Theuthraniæ. *Plin.* lib. 5. cap. 9.
Lycidas, nomen Centauri apud *Ovid.* & pastoris apud. *Virg.*
Lycidas, nomen etiam pueri. *Horat.* lib. 1. *Carm.*
Lycimna, arx est in Peloponneso. *Strab.* lib. 8.
Lycimnius, frater Astiochiæ, avunculus Tlepolemi, à quo & ipse interemptus. *Hom.*
Lycinia, amica Horatii, lib. 2. *Carmin.*
Lycopolis, urbs est Ægypti à Lupis cognominata.
Lycisca, nomen canis, apud *Virg.*
Lycium, sive Lyceum, gymnasium schola sticum Athenis

Ly-

Lycius, dicitur Apollo, à Lycia regione ubi colebatur.
Lycæa, urbs Arcadiæ: gentile Lycoates. *Steph.*
Lycomedes lacus ponitur in Ægypto. *Plin.* lib. 5.
Lycomedes, Rex Scyri insulæ.
Lycomedes alius, Creontis filius. *Hom.*
Lycon, Theophrasti discipulus, qui à dicendi suavitate Glicon, id est, *suavis* est appellatus. *Deo.*
Lycon, fluv. est Hispaniæ.
Lycone, urbs Thraciæ: gentile Lyconeus. *Steph.*
Lycopelopea, civ. est in Jonia regione.
Lycophron, Poëta Chalcidensis, Sophoclis Grammatici filius, scripsit Alexandram, poëma valdè obscurum. *Suid.*
Lycophron alius, Periandri Corinthiorum Regis filius, matricida, vivente patre. *Plut.*
Lycopolis, civ. est Metropolis in Ægypto. *Ptol.*
Lycopolites, præfectura est Ægypti. *Ptol.*
Lycoria, vicus in Delphis, à Lycoreo Rege. *Steph.*
Lycoria, civ. est Phocidis. *Strab.* lib. 9.
Lycoris, Nymphæ nomen. *Virg.* lib. 4. *Georg.*
Lycoris, meretrix fuit, aliter Citheris dicta. *Virg.*
Lycormas, fluv. Ætoliæ, qui alio nomine Evenus, ab Eveno Rege Ætoliæ. *Ovid.* 2. *Metam.*
Lycosura, urbs est Arcadiæ in monte Lyceo.
Lyctonia, urbs est Cretæ, ut notat. *Tortel.*
Lyctus, opp. Cretæ Mediterraneum. *Ptol.*
Lyctius, a, um, adject. ut Lyctius Idomeneus. *Virg. Eglog.* 5.
Lycurgium, opp. est in Peloponneso. *Strab.* lib. 8.
Lycurgus, Lacedæmonius Princeps, & Legislator. Unde.
Lycurgeus, a, um, i, legum assecla, & propugnator.
Lycurgus, Rex Nemeæ, qui Opheltem Hypsiphyles filium nutrivit.
Lycurgus, Rex Thraciæ, qui cùm Bacchum contemneret, oculis privatus est.
Lycurgydes, Ancæus Lycurgi filius dictus est *Ovid.*
Lycus, Pandionis filius, qui à se Lyciam nominavit, cùm Termille appellaretur.
Lycus, puer quidam fuit ab Alceo dilectus. *Horat.*
Lycus, Medicus quidam Neapolitanus fuit. *Plin.*
Lycus, fluv. est Sarmatiæ in Europa. *Ptol.*
Lycus, fluv. est Cypri ins. *Ptol.*
Lycus, fluv. est. Rhetiæ. *Ptol.* Vulgò *Lico.*
Lycus, fluv. est Ciliciæ regionis. *Plin.* lib. 5. cap. 29.
Lycus, fluv. est in Asia propriè dicta. *Ptol.*
Lycus, fluv. est Syriæ Phœnices. *Plin.* lib. 5. cap. 29.
Lyde, opp. est Lyciæ regionis. *Ptol.*
Lydda, civ. est Judææ Palæstinæ ab Occasu Jordanis, qui & Diospolis. Hodie *Roma.*
Lydia, regio Asiæ minoris, Æoliis, & Joniis vicina.
Lydia, civ. est Arabiæ Petreæ. *Ptol.*
Lydia, civ. est Casitidis regionis Syriæ. *Ptol.*
Lydi, prius Mœones dicebatur. *Herod.* lib. 1.
Lydi, civitas est Siciliæ.
Lydii, qui & Lydi, pop. sunt superioris Lydiæ.
Lydi, primi aurum, argentumque percusserunt. *Her.* lib. 2.
Lydius, fluv. est Macedoniæ. *Ptol.*
Lydus, sive Lydius, a, um, possessivum, quod ex Lydia est.
Lydus, Herculis filius ex Jole.
Lydus, filius Atyos, & frater Tyrrheni, à quo regio Lydia dicta.
Lygianum, opp. est Theuthraniæ. *Plin.* lib. 3. cap. 30.
Lygdamum, opp. Mysiç.
Lygdamus, athleta Syracusanus.
Lygdanum, opp. est Teuthraniç. *Plin.* lib. 5. cap. 30.
Lyges, pop. Asiatici, qui cum Xerxe contra Grçcos pugnaverunt. *Herod.* lib. 7.
Lygos, civ. est quç posteà Bizantium. dicta.
Lymira, civ. & fluv. est Lyciç. *Pomp.* lib. 1.
Lyncestç, pop. sunt Macedoniç. *Ptol.*
Lyncestis, regio est Macedoniç. *Ptol.*
Lyncestis, fluv. & Lyncestis aqua inebriant. *Plin.* & *Ovid.*
Lyncejus, qui & Lynus Ægypti fuit filius, qui expulso Damo, regnavit apud Argos.
Lynceus, unus Argonatarum acutissima oculorum acie prçditus, 130. millia passuum propexisse dicitur. *Varro.*
Lyncus, Rex fuit Scythiæ, quem Ceres in Lyncem animal commutavit. *Serv.*
Lyncus, urbs Epiri à Lynceo nominata. *Steph.*
Lyndus, civ. Rhodi, in qua Herculi sacra fiebant. *Lanctant.* Vulgò *Lindo.*
Lynx, urbs Lybiæ juxta Gades, post Atlantem. *Steph.*
Lynxama, civ. est Libiæ interioris. *Ptol.*
Lynxamatæ, pop. sunt interioris Lybiæ. *Ptol.*
Lynxo, sive Lynx, pop. est Mauritaniæ.
Lyrceus, fons est Arcadiæ, ex quo Inachus fluvius oritur: inde aqua Lyrcea. *Steph.*
Lyrnatia, regio parva Lyciæ. *Steph.*
Lyrnesius, opp. fuit Æolidis regionis in Pamphilia, ab Achille eversum.
Lyrnesis, idis, Patronimicum fœmininum. *Ovid.*
Lyrope, civ. est Pamphiliæ regionis. *Ptol.*
Lysa, civit. est Arabiæ Petreæ. *Ptol.*
Lysander, Dux Lacedæmoniorum invictissimus. *Plut.*
Lysanias, oratoris Græci proprium.
Lysanias, vir in Arcadia, qui Lycaonem Regno expulit.
Lysanium, civit. est Cavæ Syriæ. *Ptol.*
Lysbona, Lusitaniæ metropolis. Vulgò *Lisboa.*
Lysiades, Atheniensis, Phædri Philosophi filius. *Cic.*
Lysias, orator Syracusanus, Cephali filius. *Cic. in Brut.*
Lysias, civ. est Arcadiæ in Peloponneso. *Ptol.*
Lysias, opp. est magnæ Phrygiæ. *Ptol.*
Lysicrates, vir quidam, qui capillos jam canos nigros tingebat, quo juvenis etiam tum videretur.
Lysidice, filia fuit Pelopis, & Hippodamiæ Pitthei soror, quæ Electrioni nupsit. *Plut.*
Lysimachia, opp. Ætoliæ humi prostratum, quod prius Hiera. *Strab.* lib. 10.
Lysimachia, quæ nunc Hexamillum, opp. est Thraciæ Chersonesi. *Ptol.* Vulgò *Hexamili,*
Lysimachus, Agatoclis filius, unus successorum Alexandri. *Just.* lib. 15.
Lysimachus, natione Arcanan, Alexandri Pædagogus, secundas post Leonidem obtinuit. *Plut.*
Lysipe, filia Prœti Argivorum Regis, à Junone cum cæteris sororibus in vaccam mutata.
Lysippus, nobilis sculptor, à quo tantum se fingi Alexander passus est. *Cicer in Epist.*
Lysippus, Poëta comicus, cujus fabulas enumerat. *Athæneus.*
Lysistratus Sicyonius, Lysippi statuarii frater. *Plin.*
Lystra, civit. est Isauriæ in Galatia. *Ptol.*
Lysitania, portio Hispaniæ, quæ Lusitania.
Lysius, unum ex nominibus Bacchi apud Bœotios.
Lyso, quidam Ciceronis hospes, ut scribit in *Epist.* lib. 16.
Lysius, Archadiæ fluv. ad cujus radices Æsculapii tumulus.
Lytæ, parva regio Thessaliæ. *Steph.*
Lytus, fluv. est minoris Asiæ in Pontum defluens.
Lyxea, urbs Acarnaniæ, à Lyxeo quodam. *Steph.*

DE LITTERA M.

Maarsares, fluv. Babyloniæ in Euphratem se recipiens. *Ptol.* Melius Baarsares.
Macæ, pop. sunt Arabiæ Fœlicis, Carmanis oppositi, nardo, myrrha, & thure abundantes. *Pomp.* lib. 3.
Macæ, pop. sunt Lybiæ interioris.
Macanitæ, pop. sunt Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*
Macareæ, civit. Arcadiæ: gentile Macareates. *Steph.*
Macareus, filius Æoli. qui Canacem sororem vitiavit.
Macaria, quondam dicta est, quæ posteà Cyprus. *Plin.* Vulg. *Chipre.*
Macaria, quoque cognominata est, quæ posteà Cesbos *Plin.* (Vulg. *Metelin.*
Macaria, ins. in sinu Arabico in Æthiopia Ægypti. *Ptol.*
Macaria Herculis filia, quæ pro incolumitate publica se devovit inferis, ad expiandum scelus. *Erasm.*
Macaris, civit. est in Peloponneso. *Strab.*
Macarius, Hybernus Abbas Herpipolensis in Franconia, scripsit de laude Martyrum. Vixit ann. 1139. *Possevinus.*
Macarius, viri proprium, Homo interpretatur *beatus.*
Macaron, ins. Ponti, quæ Leuce, & Achilea dicta. *Plin.*

Macaronessi, id est, *beatorum insulæ*, ad promont. Tauri. *Pomp.* lib. 2.
Macaron, ins. dicuntur Lesbos, Samos, Chios, &c. quæ ita dici putant aliqui, quòd fortunati cœli, ac soli sint; vel quòd eas suo, suorumque Regno Macar occupaverat. *Pomp.* lib. 2. cap. 7.
Macaronnesos, & Macaros dicta est Creta, à temperie cæli. *Solin.* Vulg. *Candia.*
Maccarus, Hybernus, S. Patricii discipulus, scripsit de fide perseverante, & de judicis. Vixit ann. 460. *Possev.*
Macco, oppidum Indiæ in Brachmanis. *Plin.*
Machabæus, nomen barbarum, quo vocati sunt viri illi fortissimi, de quibus in *Bibliis.*
Macæi, pop. sunt Lybiæ interioris. *Ptol.*
Mace, gens inter Carmaniam, & Arabiam. *Steph.*
Macednon, parva regio Thessaliæ in monte Pindo.
Macedo, filius Osiridis, Jovis juxta alios. *Steph.*
Macedonia, Provincia Europæ, inter Thraciam, & Thessaliam. *Pomp.* lib. 4. cap. 10.
Macedonia, à Macedone Osiridis, vel Jovis filio dicta est.
Macedo, onis, qui Macedoniam inhabitat.
Macedonicum mare, quod Ægæi pars est.
Macedonicum mare, à Pallene monte extenditur, usque Megaram.
Macedoniacus, & Macedonius, a, um, adjectiva. *Celsus.*
Macedoniensis, e, res ad Macedoniam pertinens. *Plut.*
Macedonicus sinus, est mare contra Macedoniam.
Macedones, pop. sunt in ipsa Macedonia.
Macedonia, ante Æmonia, & Æmathia dicta est *Gel.* lib. 4.
Macedones, cognomine Hyrcani, pop. sunt Lydiæ. *Plin.* lib. 5. cap. 29.
Macella, civ. Italiæ: gentile Maccellæus. *Steph.*
Macella, civitas est Siciliæ insul.
Macer Æmilius, Poëta, qui tempore Ovidii scripsit carmina de avibus.
Macestus, fluv, Mysiæ in Rhindacum fluens.
Macetes, pop. sunt iidem qui Macedones.
Macetio, civ. est Cretæ insul. *Strab.*
Machalaum, opp. in agro Brixiano, Insubrum clade nobile.
Machaon, Medicus insignis filius Æsculapii. *Hom.*
Machaonius, a, um, *Ovid. Ille Machaonia vix ope salvus erit.*
Machærus, untis, opp. Judææ Palæstinæ.
Machia, ins. est una è Cycladibus. *Plin.* lib. 4. cap. 12.
Machini, pop. sunt Africæ propriæ. *Ptol.*
Machurebi, pop. sunt Libyæ interioris. *Ptol.*
Machures, pop. sunt Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*
Machusi, pop. sunt Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*
Macidos, opp. est Hellesponti. *Pomp.* lib. 2. cap. 1.
Macieni, opinor pro *Mantinei.* Lege Mantinei.
Macina, opp. est Provinciæ Narbonensis. *Plin.* lib. 3.
Macistum, opp. est Arabiæ. *Strab.*
Macistus, Triphyliaca civ. *Steph.*
Macistii, pop. sunt à Macisto cognominati.
Macita, civ. est Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Macliæ, pop. sunt Africæ finitimi Nazamonibus.
Macolicum, civ. est Hyberiæ insulæ. *Ptol.*
Macodama, opp. est juxta Syrtim magnam. Vulg. *Mozorata.*
Macodama altera, civ. est ad Syrtim minorem.
Macomades, opp. est Africæ propriæ. *Plin.* lib. 5.
Macoraba, civ. est Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Macra, fluv. Italiæ, inter Liguriam, & Hetruriam. Vulg. *Magra.*
Macras, ins. in sinu Carnicite. *Plin.* lib. 4. cap. 13.
Macra, campus est in Phœnica regione. *Strab.* lib. 16.
Macri, campi inter Bononiam, & Revennam, per quam Romam itur. Vulg. *Valle de Montirono.*
Macria, ins. prius dicta, quæ posteà Rhodus. *Plin.* Vulgò *Rodas.*
Macrini, pop. sunt Corsicæ insul. *Ptol.*
Macris, ins. est in Mari Lycæo. *Plin.* lib. 5. cap. 31.
Macris, cognominata est Chios insul. *Plin.* lib. 5.
Macris, quoque dicta prius, quæ posteà. Icarus. Vulg. *Nicaria.*
Macritus, Cous, Siponem in Ponto condidit. *Steph.*
Macrobii, pop. sunt Meroës insul. Æthiopiæ Ægypti, longioris vitæ, quam nos. *Solinus.*
Macrobii, pop. Athenis montis incolæ. *Plin.* lib. 4.
Macrobius, nomen viri proprium; Latinè *longævus* dicitur.
Macrocephali, pop. sunt ad Bosphorum Cimmerium. *Pomp.*
Macrochir, Artaxerxis cognomen.
Macrocremnii, montes sunt propriè Istrum fluv. *Plin.*
Macrocremus, mons est Sarmatiæ Europæ.
Macrones, pop. fuerunt tributarii Dario. *Herod.* lib. 7.
Macrontycos, id est, *longus murus*, opp. est Thraciæ.
Macryas vocant *Steph.* quos *Plin.* & *Ptol.* Maclyas.
Macryres, pop. sunt Africæ propriæ. *Ptol.*
Mactorium, urbs est sita super Gelam in Siciliam. Vulg. *Mazarino.*
Macyna, civ. est Ætoliæ, *Strab.* lib. 10.
Macystos, mons est Lesbi insulæ notissimus. *Plin.* lib. 5.
Madagascar, inful. citra Æthiopiam.
Madarassa, opp. est Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Madaura, civ. incollíminio Getuliæ, & Numidiæ sita. Vulgò *Orán*
Mandaurensis colonia, undè fuit Apulejus Socraticus.
Madaurensis colonia, sub ditione Syphacis collocata.
Madia, civ. est Colchidis regionis. *Ptol.*
Madiama, civ. Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Madian, urbs quædam ab uno filiorum Abraham ex Cethura sic vocata.
Madian, trans Arabiam ad meridiem in deserto Sarracenorum sita est. *Hieronymus.*
Madianea, & Madianei, regio, & populi dicuntur à Madiana
Madianites, sinus est Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Madoca, civ. est Arabiæ Fælicis. *Ptol.*
Madugi, pop. sunt Æthiopiæ sub Ægypto. *Ptol.* Græca habent. *Cadupi.*
Madurus, opp. est Numidiæ novæ. *Ptol.* unde.
Madurensense legit Politianus, ubi Plinius mendosè *Materense.*
Madutense hoc in loco, vera lectio est Materense.
Madytus, urbs Hellesponti: gentile Maditius. *Steph.*
Mæa, opp. juxta Hellespontum. *Steph.*
Meander, fluv. Phrygiæ in Asia propria. *Ptol.* Vulg. *Pabazzia.*
Mæander, mons Indiæ.
Mæandrius, a, um, res ad Mæandrum pertinens.
Mandria, opp. est Epiri. *Plin.* lib. 4. cap. 1.
Mæandropolis, opp. fuit Cariæ regionis. *Plin.* lib. 5.
Mæchlinia, civ. in Brabantia.
Mædia, cum æ diphthongo, civ. est in Thracia.
Mædi, pop. sunt Thraciæ, Medi verò sine dipht. Asiæ.
Medica, prefectura est Pæoniæ vicina.
Mænades apud Græcos, dicuntur mulieres, Bacchi sacrificulæ, quæ sparsis capillis instar furentium, & insanientium, celebrabant Bacchi sacrificia. *Juven.*
Mænala, qui & Mænalus intellectu singulare, voce autem plurale, mons est Arcadiæ altissimus, & civitas quoque.
Mænelius, a, um, adject. res ad utrumque pertinens.
Mænaria, insula in mari Ligustico. *Plin.*
Mænius, Cons. Roman, Prisco Latinos, ac Antiates navali prælio, anno ab urbe condita 450. devicit.
Mænobora, urbs Mastienorum: gentile Mænoboreus.
Mænoles, dictus est Dionysius, quod totum furentem significat, quòd à furentibus mulieribus Bacchi Orgia celebrabantur.
Mænomen, montes sunt in Sardinia. *Ptol.*
Mæonia, regio est Asiæ minoris, quæ posteà Lybia.
Mæones, pop. dicti, qui posteà Phryges.
Mæones, Anamæon adolescentus, à se dictos condidit. *Berosus.*
Mæonius, a, um, res ad Mæones pertinens.
Mæonidæ, viri & Mæonides fœminæ ex Mæonia.
Mæonides, per excelentiam dicitur Hometus: undè & Mæonium carmen.
Mæotis, palus Septentrionalis, quæ conjungitur Ponto Euxino. Vulg. *Mar de Tana, ó Mar Negro*, aliis *Zabacca.*
Mæote, pop. sunt Mæotidis paludis accolæ. *Plin.*

Mæo-

Mæotei, pop. sunt Septentrionales ad Tanaim fluv.
Mæoticus, a, um, res ad Mæotidem pertinens. *Virg.*
Mæpa, civitas est Armeniæ majoris. *Ptol.*
Mæpha, civit. est Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Mæsanites, sinus maris Persici in Arabia Deserta. *Ptol.*
Magares, sive Macares, pop. sunt Ætoliæ. *Plin.* lib. 4.
Magarsus, civ. est Ciliciæ. *Plin.* lib. 5. cap. 77.
Magdeburgum, opp. Germaniæ. Vulg. *Maddebourg.*
Magdolus, opp. Ægypti incolæ Magdolitæ. *Steph.*
Magellini, pop. sunt Siciliæ stipendiarii. *Plin.* lib. 3.
Magi, pop. sunt Persidis sapientiæ studiosi.
Magia, fons Siciliæ in agro Syracusano. *Steph.*
Magia, urbs Illyriæ: gentile Magiates. *Steph.*
Magidana, civ. est Græcorum in Arabia Fœlici. *Ptol.*
Magini, pop. sunt Septentrionales, de quibus *Tibul.*
Magistrica, regio Tauriscorum juxta Alpes. *Steph.*
Magius, fluv. Momoniarum in Hybernia.
Magna, ins. in Libia: gentile Magnites. *Steph.*
Magna Græcia, pars Italiæ à Tarento, usque ad Cumas dicta est, quòd multæ magnæque civitates in ea à Græcis fuerunt conditæ: à quibusdam tota Italia dicta est major Græcia. *Fest.*
Magnata, urbs Hyberniæ: à qua Magnatæ pop. dicti.
Magnes, Atheniensis comicus fuit tempore Epicharmi: docuit fabulas novem, vicitque duabus.
Magnes, item Smyrnæus per, Gygi Lydorum Regi prædilectus. *Suid.*
Magnesia, promont. est Macedoniæ confinis Thessaliæ.
Magnesia, promont. est Macedoniæ. *Ptol.* Vulg. *Cabo Verlichi.*
Magnesia, urbs est Joniæ in Asia minori ad Mæandrum fluv. *Herod.* lib. 3.
Magnesianus, a, um, Hieronym. fecit à Magnesia.
Magnetes, pop. sunt Magnesiæ regionis. *Lucret.* lib. 8.
Magneti, pop. Dario Regi tributarii. *Herod.* lib. 3.
Magnetis, idis, fœmina est ex Magnesia regione.
Magnetis filius Glaphyras, conditor Glaphyrarum, urbs Thessaliæ. *Steph.*
Magnessa Hyppolyte, Acasti Regis Magnesiæ conjux. *Horat.*
Magniana, opp. est Pannoniæ superioris. *Ptol.*
Magnus, fluv. est Cappadociæ.
Magnus portus, in diversis locis ponitur à *Ptol.*
Magnus portus, lacus Britanniæ. *Ptol.* Vulg. *Porstmouth.*
Magnus portus, opp. Mauritaniæ Cæsariensis. *Plin.* lib. 5. c. 2.
Mago, onis, opp. est in minori Baleari. *Pomp.*
Mago, auctoris Afri nomen, qui de re rustica scripsit.
Mago, Dux Carthaginensis, qui Romanis in bello Tarentino auxilio venit ante bellum Punicum. *Liv.*
Mago, Annibalis frater in agro Insubrium vulneratus, apud Corsicam obiit. *Liv.* lib. 30.
Mago alius, à Scipione apud Carthaginem in Hisp. captus, ac per Lælium Romam missus. *Liv.*
Magog, filius Japhet à quo Magogę dicti, qui Græcis Scythæ. *Joseph.* lib. 1.
Magogum, Regnum in Asia, quod Saturnus Babylonius Rex condi jusserat.
Magoras, fluv. est Phœniciæ. *Plin.* lib. 5. cap. 20.
Magorus sinus, ponitur in Arabia Fœlici. *Ptol.*
Magrada, fluv. est citerioris Hisp. *Pomp.*
Maguda, civ. est Mesopotamiæ ad Euphratem. *Ptol.*
Magula, civ. est Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Maguntia, civ. est Germaniæ.
Maguntii, pop. sunt Germaniæ.
Magura, civit. est Libyæ interioris. *Ptol.*
Magusa, civit. est in Arabia Petrea. *Ptol.*
Maja, Atlantis filia ex Plejone Nympha, ex qua Juppiter Mercurium suscepit. Hæc propter ingenii, & doctrinæ excellentiam ludis, seu festis (quæ etiam nunc mense Majo apud nos vigent, vulgò *de las Majas*,) nomen dedit. Vide *Metam.* lib. de Asserenda Hispanorum eruditione.
Maja, dea quædam Fauni filia, cui in mellario vassa non mel, sed vinum sacrificabant.
Majestas, Dea Honoris, & Reverentiæ filia. *Ovid.*
Majus, opp. Academicum Conaciæ in Hybernia, & caput Comitatus, titulus Marchionis, & Vicecomitis.
Majus mensis, à Majoribus, quibus consecratus erat dictus; sicut Junius à Junioribus. *Macrob.*
Malaca, opp. est Bæticæ in ora maritima. *Pomp.* Vulg. *Malaga.*
Malacitanus, a, um, res ad Malacam Bæticæ pertinens.
Malachath. civ. est Libyæ interioris. *Ptol.*
Malachias, Hybernus Archipræsul Armachanus, qui obiit ann. 1148. plura scripsit, de quibus vide *Possevinum.*
Malachias, Hybernus ordinis Minorum, sive Prædicatorum, nonnulla scripsit, quorum meminit *Possevinus.*
Malchubii, pop. sunt Mauritaniæ Cæsariensis.
Malchus, historicus scripsit historiam à Constantino usque ad Anastasium. *Suid.*
Malchus, famulus Sacerdotis, quem percussit Petrus.
Malea, promont. est sinus Laconici in Peloponneso. Vulgò *Cabo Maluesia.*
Maleacus, a, um, adjectivum à Malea, ut sinus Maleacus.
Maleba, regio est Acarnitidis. *Herod.* lib. 6.
Maleos, ins. adjacens Hyberniæ, una ex quinque Ebudis. *Ptol.*
Maleos, emporium est Æthiopiæ Ægypti.
Maleus, ins. est adjacens Liburniæ.
Malethubalus, mons est Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*
Maleventum, Campaniæ, opp. quod boni hominis causa Beneventum versum. *Perot.* Vulg. *Benivento.*
Maleus, mons est Indiæ in Oretum gente. *Plin.* lib. 2.
Maliaca, civ. est Hispaniæ Tarraconensis. *Ptol.* Vulg. *Benavente.*
Maliachi, duæ insulæ in sinu Arabico. *Ptol.*
Maliacha, civ. est Arabiæ Petreæ. *Ptol.*
Maliachos, ins. est à qua Schœnos 125. passuum millibus distat. *Solin.* cap. 70.
Malic, urbs Thessaliæ; à qua pop. Malices. *Steph.*
Malicus, opp. à quo sinus Maliacus videtur dictus.
Maliacus, apud Papin. legitur, pro quo mendosè *Mileos.*
Malicus, civit. est contermina Locridi, & Doridi.
Maliacus sinus, qui adjacet Malico oppido.
Malimnus, Siciliæ mons apud Theocritum, ob id quod malis, id est, pomis refertus sit.
Malla, oppidum Momoniarum in Hybernia.
Mallaba, civ. est Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Mallada, urbs Persica: gentile Malladenus. *Steph.*
Mallois, locus in Lesbo, ubi Apollinis templum est. *Steph.*
Mallos, civ. est Ciliciæ propriæ dictæ. *Ptol.* Vulgò *Malo.*
Mallus, mons Indiæ intra Gangem. *Plin.*
Malos, per simplem *l* scribitur semper à Latinis.
Malotæ, à patria dicuntur Crates, Aristophanes, & Philistides.
Malotes, mons Ida vocatur à Græcis.
Malquæ, pop. sunt Lybiæ interioris. *Ptol.*
Malsanæ, urbs Fœlicis Arabiæ: gentile Malsanitis. *Steph.*
Malatachæ, ins. est adjacens Corcyræ. *Plin.* lib. 4. cap. 1.
Malua, per u vocalem, fluv. est Mauritaniæ Tingitanæ.
Mamala, villa est Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Mamarcina, urbs Ausoniæ: gentile Mamarcinæus. *Steph.*
Mamaus, fluv. in Peloponneso. *Strab.*
Mamblia, oppidum Æthiopiæ. *Plin.*
Mambre, mons juxta Hebron.
Mamercus Pythagoræ filius, à quo gens Æmylia appellationem traxit.
Mamecha, civitas est Albaniæ regionis Asiæ. *Ptol.* legendum potius Camechia.
Mamerchus, prænomen Æmyliorum.
Mamercorum, meminit. *Cic. de Claris orat.* & in *Offic.*
Mamercus, præsul Viennensis, primus supplicationes quas nostrę rogationes vocant, instituit. *Volat.*
Mamers, dictus est Mars Oscorum lingua, qui & Mavors appellatur.
Mamertes, Corinthius, filio fratris sui Sisaponis libidine regnandi interfecit. *Ovid.*
Mamertia, opp. est Campaniæ. *Strab.* lib. 6.
Mamertini, pop. sunt Campaniæ à Mamerto.
Mamertini, quum colonos in Messanam misissent, ipsi quoque Mamertini, potiùs quum Messanenses dicti sunt.
Ma-

Mamertina, quoque Messana, civit. dicta est; & Mamertinum vinum, non Messanense. *Martial.*
Mammida, civit. est Persidis regionis. *Ptol.*
Mammilia, Telegonii filia: à qua Mammiliorum familia vocata.
Mammisea, Tetarchia est Syriæ Cœles. *Plin.* lib. 5. cap. 23.
Mamortha, civ. est Palæstinæ Judææ. *Plin.* lib. 5. cap. 13.
Mampsarus, mons est Africæ propriæ. *Ptol.*
Mampsari, pop. sunt ejusdem Africæ. *Ptol.*
Mamuga, civit. est Cassiotidis regionis Syriæ. *Ptol.*
Mamurra, Senatoria familia erat Romæ.
Mamurra, eques Romanus, Formiis natus. *Plin.* lib. 6. c. 6.
Mamurius, faver fuit ærarius, qui Ancilya fabricavit Saliorum. *Ovid.*
Managhia, opp. ac titulus Vicecomitis Conaciæ in Hybernia.
Manalis petra, ostium erat Orci, per quod animæ inferorum ad superos manant, qui dicuntur Manes.
Manalis petra, quæ cùm in urbem pertraheretur, insequebatur pluvia: & Manalis dicebatur, eo quod aqua ex eo semper manat. *Fest.*
Manapia, civitas est Hyberniæ insul. *Ptol.*
Manarmanis, portus in Germania magna. *Ptol.*
Margates, pop. fuere in Latio inteciori. *Plin.*
Manchana, civ. est Mesopotamiæ ad Tigrim. *Ptol.*
Mandagandeni, pop. sunt Æolidis. *Plin.* lib. 5. cap. 30.
Mandagana, civit. est Mediæ. *Ptol.*
Mandagarcis, civit. est quoque Mediæ. *Ptol.*
Mandane, Astiagis filia, quę Cambysi nupsit. *Herod.*
Mandela, pagus est in Sabinis. *Horat. epist.* 1.
Mandeni, orum, pop. sunt Indię. *Plin.* lib. 6. cap. 17.
Mandetrium, opp. est Liburnorum. *Plin.* lib. 2. cap. 22.
Mandibuli, pop. sunt in Aquitania. *Strab.*
Mandonius, Dux Hispanus, Romanorum partes in Hispania juvit cum Scipione Africano. *Liv.* lib. 28.
Mandreni, pop. sunt Libyę interioris. *Ptol.*
Mandro, navicularis quispiam, qui aspirante fortuna, tandem factus est Imperator.
Mandropolis, urbs Phrygię: cives Mandropolitea. *Steph.*
Mandrus, mons est Libyę interioris. *Ptol.*
Manduanam, opp. est Mediterraneum Mauritanię.
Mandubii, pop. sunt Gallię juxta Alexiam.
Mandurium, urbs Apulię: civis Mandurinus. *Steph.*
Manes, hęresiarcha tempore Aureliani, Brachmanes genere, à quo Manichęorum secta. *Suid.*
Manes, fluv. est Locridis, qui & Bęagrius. *Strab.*
Manesium, urbs Phrygię à Mane ditissimo conditore. *Steph.*
Manęthus Mandesius, Ægypti sacerdos.
Manethusa, sive Manathusa, alii Manechusa, oppidum Cretę insulę. *Pomp.* lib. 2. (alia nonnulla. *Suid.*
Manęthus alius, Ægyptius etiam, scripsit Philosophiam, &
Mangon, ins. est Æthiopię Ægypti in sinu Arabico.
Mania, sive Mona, ins. in Hybernico mari sita, undè Barbi originem traxisse creduntur, & multis etiam Druidæ.
Mania extrema, opp. est Lesbi insul. *Ptol.*
Mania, urbs Parthorum ab Oriente Hybernia. *Plin.* lib. 6.c.25.
Mania dea, Larium mater, cui olim sacrificabant.
Maniæ, larvæ quædam, quas pueris minitare solent.
Manichæi, hæretici, à quodam Persa Manete dicti.
Maniitæ, pop. sunt Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Manilius Octavius, Tarquinii gener, qui Romanis bellum intulit. *Liv.* lib. 1.
Maniolæ, insul. ex adverso Indiæ extra Gangem.
Manius, prænomen ab eo quod mane quis initio natus est; ut Lucius, qui prima luce. *Fest.*
Manius Martius, Ædilis, qui singulos frumenti modios singulis assibus populo vendidit. *Plin.* lib. 18. cap. 3.
Manliana, opp. est Hispaniæ Lusitanæ. *Ptol.*
Manliana opp. est Tuscorum in Italia. *Ptol.* Vulg. *Manliano.*
Manlius, nomen viri proprium.
Manlius, Anthiochenus, conditione servus, arte Astrologus ac Poëta. *Plin.* lib. 35. cap. 17.
Manlius Capitolinus, sic ob defensum Capitolium dictus.
T. Manlius, Torquatus, cognomento Imperiosus: unde.
Manliana imperia, proverbium in eos, qui in nimia rigida juris observatione, humanitatis, & equitatis obliviscuntur.
Manlius Volso, contra Gallogræcos bellum gessit, & eos superavit. *Liv.* lib. 8. *de bello Macedon.*
Manlius, Torquatus, orator qui plus habuit facultatis ad dicendum, quam voluntatis. *Cic.*
L. Manlius, pictor insignis, de quò *Macrobius.*
Mannus, filius fuit Teutonis dei, à quo dicti Alemanni.
Manova, opp. est Bæticæ in ora maritima. Vulg. *Bezmillana.*
Macocaminium, civit. est Ægypti.
Manrali, opp. sunt Libyæ interioris. *Ptol.*
Manrali, opp. sunt Colchidis regionis. *Ptol.*
Manteum, locus oraculis dicatus. *Plin.* lib. 5. cap. 29.
Manteum, aliud est Colophoniorum. *Plin.* ibid.
Manthyrea, locus est in Arcadiæ regione: gentile Manthyreus.
Mantinei, pop. confines Armeniis. *Herod.*
Mantinea, quæ *Ptol.* Mantinia, & postmodum Antigonia, oppidum, in eadem Arcadia. *Plin.* lib. 4. cap. 6.
Mantinum, civit. est Corsicæ insulæ *Ptol.*
Mantinus, Melampi filius ex Iphanassa Prœti filia.
Manto,ûs,fuit fatidica Tiresiæ vatis Thebani filia.*Virg.* lib. 10.
Mantua, opp. est Galliæ Cisalpinæ, Virgilii patria.
Mantua ab Ocno filio Tyberis, & Mantus Tiresiæ vatis filiæ condita dicitur. Vulg *Mantua.*
Mantuanus, a, um, à Mantua deducitur.
Mantua Carpetana, opp. est Hisp. *Ptol.* Vulg. *Madrid.*
Mapelia domus sunt pastoriciæ in Cyrenaica regione.
Mapeta, civit. est Sarmatiæ in Asia. *Ptol.*
Maphoritæ, pop. sunt Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Maplæ, civ. est Idumææ regionis. *Ptol.*
Marabina, opp. est Cyrenaicæ regionis. *Ptol.*
Mara, civit. metropolis Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Marachа, civ. est Indiæ: gentile Marachius. *Steph.*
Maraga, civit. est Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Maras, vir apud Berœam Syriæ ditissimus, humanus, & officiosus, ut scribit *Suid.*
Marasdi, civit. est Arabiæ. *Ptol.*
Marathe, ins. est propè Corcyram. *Plin.* lib. 4. cap. 12.
Marathesium, urbs Cariæ: gentile Marathesius. *Steph.*
Marathonia, opp. Thraciæ: cives Marathoniatæ. *Steph.*
Marathon, oppidum juxta Thricorithum, & Ramnunthem. *Strab.* lib. 9.
Marathonius, a, um, id est, res ad Marathonem pertinens.
Marathonius taurus, dictus est, quem apud Marathonem Theseus interfecit.
Marathonius, campus est in Hisp. citeriori. *Strab.*
Marathon, parva urbs est Phocidis. *Strab.* lib. 9.
Marathus, antiqua Phenicum civitas. *Plin.* lib. 5. cap. 20.
Marathusa, opp. est Cretæ Mediterraneum. *Plin.* lib. 4. c. 10.
Marathusa, ins. adjacens Epheso, quæ & Clazomenia sic dicta à copia fœniculi.
Marcæum, mons Troadis juxta Geraghitem. *Steph.*
Marcella, mulier Rom. quæ cùm à matre rogaretur, num gauderet se nupsisse: Ita valdè, respondit, ut amplius nolim.
Marcellinus, Pontifex Romanus, ann. 296.
Marcellus, Pont. Rom. ann. 304.
Marcellus II. Pont. Rom. ann. 1555.
Marcellus, vir Romanus clarissimus, de quo *Plaut. & alii.*
Marcubii, pop. sunt Africæ propriæ. *Ptol.* lib. 5.
Marcinna, civit. est in Italia. *Strab.* lib. 5.
Marcluda, latro insignis in Sylva Dodonea. *Tortel.*
Marcodorum, Ubiorum vicus in Belgia. Vulgò *Dura.*
Marcomani, pop. Germaniæ, quos nunc Moravos, & Bohemos dicitur existimant.
Marcoli, pars est, quæ ubi mari imminet, Tenia dicitur.
Marculus diminutivum à Marco, inquit *Fest.*
Marcus, Pontifex Romanus, ann. 336.
Mardara, civit. est Armeniæ minoris. *Ptol.*
Mardara, civit. est Ponti Cappadocum. *Ptol.*
Mardi, pop. sunt Armeniæ majoris. *Ptol.*
Mardocea, regio est Babyloniæ. *Ptol.*

Mar-

Mardonensis, gens Epiroticæ regionis.
Mardonia, mendosè, pro Pandosia legitur apud *Teoph.*
Mardonius, Persa, pro Xerxe in Græcia bellum gerens ab Aimnesto Spartiata saxo obrutus est. *Herod.* lib. 9.
Marea, urbs est Ægypti Africam versus. *Herod.* lib. 2.
Mareotis, locus est propè Alexandriam. *Plin.* lib. 5. c. 16.
Mareotis, portio est Africæ inter Cyrenaycam regionem & Ægyptum. *Plin. ibid.*
Mareotidis, villa præfectura Lybyæ. *Ptol.*
Mareotidis, pars Epiri, in qua vinum optimum nascitur.
Mareoticus, a, um, res ad Mareotidem pertinens.
Mares, pop. vicini in Mosinœcis. *Steph.*
Margea, nomen fontis. *Plin.* Quo nomine dicta est urbs in Elide: gentile Margeus. *Steph.*
Margalæ, civ. est in Peloponneso. *Strab.* lib. 8.
Margasi, pop. sunt Mediæ. *Ptol.*
Margiana, regio est Asiæ majoris. *Strab.* lib. 10.
Margia, regio est in Media: undè Margiani, hodie *Zagati* dicuntur.
Margus, fluv. Marginæ regionis in Oxum fluens. *Ptol.* l. 3. cap. 10.
Maria, fœminum est à nomine Marius. *Claud.*
Maria, venerabile nomen Beatissimæ Virginis Deiparæ.
Maria, palus est in Ægipto Marmarica. *Ptol.*
Mariaba, Metropolis est Sabæorum. *Strab.* lib. 16.
Mariamia, civ. est Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Mariamia, civ. est Phœnices: cujus incolæ Mariammitæ. *Paus.*
Mariamitani, pop. sunt Syriæ Cæles. *Plin.* lib. 6.
Mariana, civit. est Corsicæ insul. *Ptol.*
Marianæ fossæ, locus est in Provincia Narbonensi inter Masiliam, & Rodanum. *Pomp.* Vulgò *Aguas muertas.*
Mariani, montes in Bœtica: nunc *Sierra Morena.*
Mariandini, pop. sunt confines Bithyniæ. *Herod.*
Marica, dea est littoris Minturnensium juxta Lyrin amnem. *Horat.* lib. 3. Carminum.
Marica, civ. est Persidis regionis: & sylva Italiæ in Campania.
Maridinum, opp. est Britanniæ insul. *Ptol.*
Marimarusa, à Cambris dicitur, quod mare mortuum appellant.
Marina, palus in Cyrenaica regione.
Maronis, civ. est Germaniæ. *Ptol.* Vulgò *Lunebourg.*
Marionis alia, civ. Germaniæ. *Ptol.*
Maris fluv. Agathyrsorum in Istrum fluens. *Herod.* lib. 4.
Marthi, montes sunt in Arabia Fœlici. *Ptol.*
Marium, opp. Cypri insulæ. *Plin.* lib. 5. cap. 31.
Marius, Arpinas, humili loco natus, septies apud Romanos Consul fuit. *Plut.*
Marii, multi fuerunt, de quibus vide Volaterranum.
Marmaces, pop. sunt Æthiopiæ. *Steph.*
Marmarica, regio est Ægypto, & Libyæ vicina: hodie *Barcha.*
Marmaridæ, pop. Africæ Ægypto contermini. *Plin.* l. 5. c. 6.
Marmaridius, Magi cujusdam nomen, apud *Plin.* l. 3. c. 2.
Marmaridus, a, um, res ad Marmaridas spectans.
Marmarium, opp. est Eubœæ ins. *Strab.*
Marme, es, oppid. Phœnices, cujus incolæ Marmæi. *Steph.*
Marnam, templum Jovis Cretensis in Gaza Palæstinæ.
Maro, ut quidam volunt opifex figulus, pater *Virgilii.*
Marobundum, opp. est Germaniæ. *Ptol.*
Maronea, civ. est Ciconiæ in Thraciæ Chersoneso.
Maronea, urbs est Thraciæ, à Marone Rege Thraciæ dicta: undè vinum Maroneum. *Herod.* lib. 7. Vulg. *Marena.*
Maronea, ab Evandro Radamento filio condita. *Herod.*
Maronias, civ. est Chalcidicæ regionis Syriæ.
Marora, opp. est Cappadociæ. *Ptol.*
Marpasa, opp. Asiæ, de quo *Plin.* lib. 2. & 10.
Marpesus, mons in Paro insul. à quo.
Marpus, a, um. Virg. *Quam sit dura silex, aut stet Marpesia cautes.*
Marpissa, filia Eveni, speciosa inter paucas Nympha.
Marranibus, fluv. Sarmatiæ Asiaticæ. *Ptol.*
Marasium, opp. est Persidis regionis. *Ptol.*
Marruvium, opp. Italiæ, circa Fucinum lacum. Vulg. *Marvo.*
Marucini, pop. Marsorum in quarta Italiæ regione.

Mars, apud Gentiles *deus* belli creditus est. *Varr.*
Mars, à poëtis Mavors dicitur, quòd magna vertat.
Marsi, pop. Italiæ inter Pelignos, & Samnites.
Marsi, pop. quoque in Scythia. *Herod.* lib. 4.
Marsia, regiuncula Italiæ, à Marso Circes filio dicta.
Marsus, a, um, & Marsicus, a, um, adjectiva. *Cicer.*
Marsia, fluv. Apamiam præterfluens.
Marsippus, urbs Phœniciæ gentile Marsippeus. *Steph.*
Marsonia, civ. est Pannoniæ inferioris. *Ptol.*
Marspiter, id est, Mars pater, sicut Jupiter, Jovis pater.
Marstitæ, pop. fuerunt in Liburnia. *Plin.* lib. 3.
Marsyas, Pelleus historicus, scripsit res Macedonicas libris decem. *Suid.*
Marsyas Tabenus, scripsit de Tranquilitate animi libros 12.
Marsyas, tibicen insignis ex Celenis oppido Phrygiæ.
Marsyas, fluv. est minoris Asiæ defluens in Mæandrum.
Marthula, civ. est in Cappadocia. *Ptol.*
Martia, Catonis filia minor, dixit: in uxoribus magis eligi solere divitias, quam pudicitiam.
Martia aqua, Romæ fuit, oriens in ultimis montium Pelignorum.
Martia aqua, quondam Aufeja vocabatur: fons ipse, Piconia.
Martialis, appellabantur ministri publici Martis.
Martialis Poëta, epigrammatum festivitate Epigrammatici nomen promeruit.
Martini, pop. sunt Arabiæ Desertæ. *Ptol.*
Martinus, Præsul Turonensis sanctis. S. Patricii avunculus.
Martinus, Pont. Rom. ann. 649.
Martinus II. Pont. Rom. ann. 882.
Martinus III. Pont. Rom. ann. 942.
Martinus IV. Pont. Rom. ann 1281.
Martinus V. Pont. Rom. 1417.
Martion, Smyrnæus, vir, qui de simplicibus affectibus scripsit. *Plin.* lib. 28. cap. 4.
Martius, qui Ancus cognominatus est, quartus Romanorum Rex. *Liv.* lib. 1. *ab Urbe.*
Martius, campus Romæ dictus est, quòd Martii consecratus esset.
Maringi, pop. sunt Germaniæ. *Ptol.*
Marullus, Tribunus plebis cum Flavio, coronas Cæsaris Dictatoris statuis detraxit. *Plut. in Cæsare.*
Marullus, item poëta mimographus sub Antonino Principe.
Maruidæ, pop. sunt Mediæ. *Ptol.*
Masada, castellum Judææ Palestinæ. *Plin.* lib. 5. cap. 19.
Masaram, civ. est Armeniæ minoris. *Ptol.*
Masatar, fluv. est Mauritaniæ. *Plin.* lib. 5. cap. 1.
Masati, pop. sunt Mauritaniæ. *Plin. ibid.*
Maschanæ, urbs Scenitarum Arabum. *Steph.*
Mascotus, urbs Libyæ: & alia propè Hesperides. *Steph.*
Masdoranus, mons, qui Parthos ab Asia separat.
Masetis, palus quædam, & vicus, & ins. *Steph.*
Masices, pop. sunt Mauritaniæ. *Ptol.*
Massinissa, Numidarum Rex in Africa, prius Romanorum hostis, deindè amicus perpetuus. *Liv.*
Masitholus, fluv. est Libyæ interioris. *Ptol.*
Masitholus, à monte qui Theonochica, id est, deorum currus dicitur. *Flor.*
Masia, fluv. est Libyæ interioris. *Ptol.*
Massadalis, villa est Marmaricæ in Ægypto. *Ptol.*
Massagetæ, pop. Scythiæ Asiaticæ Orientem versus. *Luc.*
Massagetes, pop. Thraciæ Septentrionales.
Massalia, fluv. est Cretæ ins. *Ptol.* Vulgò *Mesano.*
Massani, pop. sunt Arabiæ desertæ. *Ptol.*
Massaura, urbs Indorum: genitile Massauræus. *Steph.*
Massæsylli, pop. sunt Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*
Massia, civ. est Peloponneso. *Strab.*
Massia, Hispaniæ ulterioris oppidum, haud procul à Tartesso. *Steph.*
Massica, regio Bœticæ Tartesis opposita, quæ *Vitruvio* Maxia.
Massiecus, mons est Campaniæ, optimi vini ferax, undè.
Massicus, a, um, adject. ut munera Massica Bacchi. *Virg.*
Masicum, dicitur ipsum vinum ex Massico monte proveniens. *Horat.*
Massilia, civ. est Provinciæ Narbonensis. Vulgò *Marsella.*

Massilia altera, civ. Romanorum Narbonensis Provinciæ.
Massilænsis, Massilianus, & Massilioticus, a, um, à Massilia dicuntur.
Massilioticum ostium, unum ex Rodani ostiis.
Massylerius, eques Romanus Jurisconsultus tempore Tiberii non incelebris.
Massylia, Provincia est, quam quidam Getuliæ, & Numidiæ vicinam dicunt.
Massyli, & Massilei, pop. Africæ, propriè dictæ. Unde.
Massylius, & Massylæus, & Massylus, a, um.
Massylæus, a, um. *Mart. Et Massylæum virga gubernat equum.*
Masta, mons est Æthiopiæ sub Ægypto. *Ptol.*
Mastaura, civ. est Lydiæ: incolæ Mastaurenses. *Plin.* lib. 5. cap. 29.
Mastiani, pop. juxta Herculis columnas ab urbe Mastia. *Steph.*
Mastitæ, pop. sunt Mastæ montis accolæ. *Ptol.*
Mamastramelle, urbs, & palus Celticæ. *Steph.*
Mastusia, promont. est Thraciæ Chersonesi. *Ptol.*
Mastusia, vicus est Marmaricæ in Ægypto. *Ptol.*
Matalia, civ. est Cretæ insulæ. *Ptol.*
Matelge, opp. est Garamantum in Africa. *Plin.* lib. 5.
Mateni, pop. sunt Sarmatiæ Asiaticæ. *Ptol.*
Mateolani, pop. sunt Hirpinorum in Italia.
Mater magna, Terra dicitur, & mater alma, quòd omnia alit, & mater deorum, quod omnia generat.
Matia, civ. est Umbrorum. *Dionys. Halicarnas.*
Matiana, pars Mediæ. *Steph.*
Matiani, pop. sunt Hirpinorum in Italia. *Plin.* lib. 3.
Matinus, mons est Apuliæ, buxis abundans. *Horat.*
Matissa, civ. est Corsicæ ins. *Ptol.*
Matites, pop. sunt Libyæ interioris. *Ptol.*
Matium, opp. est Cretæ in ora maritima. *Plin.* lib. 4.
Matralia, matris Matutæ festa, tertio Nonas Julii celebrari solita. *Ovid.*
Matrici, pop. sunt Galliæ Belgicæ.
Matrinus, fluv. est Mauriconorum in Italia. *Ptol.* Vulg. *Paomba, en Abruzzo.*
Matrona. pen. cor. fluv. est Galliæ Celtas à Belgis separans. Vulgò *Manne.* Auson. *Matrona non Gallos, Belgasque inter site fines.*
Matrosalentinus in Sicilia. *Cic.* 4. *in Verrem.*
Mattiacæ pilæ, quas Martialis pro *sapone.* posuit.
Mattiacum, opp. est in Germaniæ. *Ptol.*
Mattiei, pop. sunt Germaniæ, à Matico.
Mattiaci, fontes sunt calidi in Germania trans Rhenum.
Mattilicates, pop. sunt Umbriæ. *Plin.* lib. 3. cap. 14.
Matisum, opp. est in Thera ins. quod & Macystum.
Matuta, dicta Aurora, quod matutino tempore prosit.
Matylus, civ. in ora maritima Pamphyliæ. *Ptol.*
Mavas, pop. est Æthiopiæ. *Plin.* lib. 5. cap. 8.
Maube, civ. est Mesopotamiæ, ad Euphratem. Melius Baume.
Mavitania, regio ad Provinciam Tarraconens. *Plin.*
Mavors, dicitur Mars per Epenthesim, sicut Navita pro nauta, quod magna vertat. *Cic. de Nat. deor.*
Mauritania, Africæ regio extrema juxta Gaditanum fretum, quo separatur ab Hispania.
Mauritaniam, Anteus ab Hercule victus, inhabitasse dicitur.
Mauritania Tingitana, regio est Occidentalis Africæ.
Mauritania Cæsariensis, regio superiori contermina.
Mauri, pop. sunt utriusque Mauritaniæ.
Mauritanus, a, um, possessivum à Mauritania, ut bellum Mauritanum.
Mauri, pop. sunt propè Hisp. *Sallust.*
Maurus, inquit *Lucanus* lib. 4. concolor Indo est.
Mauritius à Portu, Hybernus, Taumensis Archiepiscopus plura scripsit, de quibus *Possevinus.*
Maurusii, dicuntur G. qui Lat. Muri, & Maritani.
Maurusii, extremi propè Oceanum populi.
Maurisiacus, a, um, res ad Maurisios pertinens.
Mausolus, Rex Cariæ, quem ulla re abstinuisse pecuniæ causa, scribit. Theopompus ex *Suid.*
Mausoleum, sepulchrum Regis Mausoli, adeò pretiosum, ut inter 7. orbis miracula numeretur. Undè *Suetonius.*
Mauseolum, sepulchrum Cæsarum appellavit.
Mausoli, dicuntur Cares à Mausolo rege. *Steph.*
Maxilma, opp. Turdetanorum in Hisp.
Maximus Curio, vir erat, cujus authoritate curiæ omnes regebantur.
Maxula, coloniæ Africæ propriè. *Ptol.*
Maxula, vicus inter Bragadam, & Titonem fluvius.
Maxies Pœni, pop. Africæ. *Herod.* lib. 4.
Mazaca, civ. Cappadociæ, sub monte Argeo, quam dicit urbium matrem. *Steph.*
Mazacenius, a, um, res ad Mazacam spectans.
Mazazyla, vicus est Marmaricæ Ægypti. *Ptol.*
Mazæi, pop. sunt Pannoniæ. *Ptol.*
Mazæum, civ. in Bithynia. *Steph.*
Mazaras, civ. est Armeniæ majoris. *Ptol.*
Mazares, Cyri Regis miles apud *Herod.*
Mazarini, pop. ab eadem Mazara dicti.
Mazaro, sive Mazerus, fluv. est Siciliæ. *Ptol.*
Mazax, Africæ pop. qui in torquendis missilibus non est inferior Pœnis. *Beroald.*
Mazeras, fluv. in ora maris Hyrcani. *Plin.* lib. 6. cap. 16.
Maziaces, pop. sunt Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*

M ANTE E.

Mearus, fluv. est Hisp. in ora Asturum. *Pomp.* lib. 3. Vulgò *Mearon.*
Mecha, civ. est Arabiæ Fœlicis, quam Sarraceni incolunt.
Mechelsus, civ. est Colchidis regionis. *Ptol.*
Mecisteus, unus fuit ex sociis Ajacis Telamonii. *Hom.*
Mecœnas, vir equestris ordinis, Hetruriæ Regis ortus, amicus Cæsaris Augusti. *Horat.*
Mecœnates, dicuntur bonarum artium protectores.
Mecolentum, ins. est in sinu Illyrico.
Mecyberna, opp. est Macedoniæ *Plin.* lib. 4. cap. 10.
Mecybernæus, sinus eidem opp. adjacens. *Plin.*
Meda, civ. est Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Meda, urbs est Thessaliæ. *Perot.*
Medaba, civ. est Arabiæ Petreæ. *Ptol.*
Medea, filia Æetæ Regis Colchorum, Jasonis uxor. *Justin.*
Medeni, pop. Africæ propriæ. *Ptol.*
Medesicastes, filia Priami notha. *Hom.*
Media, sive Mithia, particula Mediterranea Hyberniæ frumento, pascuis, armentis, piscibus, & carnibus fertilis. Hinc Comes Mediæ.
Media, prima prod. regio est latè patens in Asia.
Media, à Medo, filio Medeæ & Ægei dicta est, ut *Solinus* refert.
Mediam, à Medeo Japhet filio dictam esse ait *Josephus.*
Medi, pop. sunt regionis Mediæ.
Medius, & Medus, a, um, res ad Mediam pertinens.
Medina, opp. est Brutiorum in Italia. *Plin.* lib. 3. cap. 5.
Medinesla, opp. est Cariæ contributum. *Plin.* lib. 5.
Mediolanum, opp. est Xantonum in Gallia Aquitanica. Vulgò *Saintes.*
Mediolanum, civ. est Germaniæ. *Ptol.* Vulg. *Monasterio.*
Mediolanum, opp. est Britaniæ. *Ptol.* Vulg. *Manchestre.*
Mediolanum, civ. est Gallorum Insubrium Principe Medo adaucta. *Cat. in Fragmentis originum.* Vulgò *Milán*
Mediolum, opp. Hisp. Vulg. *Medina Cœli.*
Mediomatrices, & Mediomatrici, pop. Belgiæ. Vulg. *Metz de Lorena.*
Medioxumi, dii minores antiqui dicti sunt *Plaut.*
Meditrina, dea medicamentorum antiquitùs. *Fest.*
Medritinalia, sacra erant deæ Meditrinæ. *Fest.*
Medoacus minor, fluv. Patavinorum propè Padum Vulgò *Bacchillone.*
Medoacus major, fluv. Galliæ Cisalpinæ. Vulgò *Brenta.*
Medoaci, portus inter Menetias, & Fossam Clodiam.
Medon, unus fuit ex Centauris. *Perot.*
Medon, filius nothus fuit Oilei ex Matre Rhyna. *Hom.*
Medon, unus procorum Penelopes. *Ovid.*
Medon, unus ex nautis, qui à Baccho in delphinos mutati fuerunt. *Ovid.*

Me-

Medulli, pop. sunt Provinciæ Narbonensis. *Ptol.*
Medulli, pop. sunt Alpini. *Plin.* lib. 3. cap. 15.
Medullina, Virgo Romana ab ebrio patre in tenebris violata. *Plut. in Parallel.*
Medullum, opp. fuit Latii quod interiit.
Medullum, opp. est Vindeliciæ. *Ptol.* Vulg. *Melding.*
Medullus, mons est Cantabriæ. *Floro de Bel. sub Aug.*
Medusa, filia fuit Phorci ex Cetho conjuge, una Gorgonum inde.
Medusæus, a, um, adject. ut Os Medusæum. *Ovid.*
Medylli, pop. sunt in Provincia Narbonensi.
Phæacus,a,um,& Phæacius, a, um, res ad Phæaciam pertinens.
Phæax, filius fuit Neptuni, & Corcyræ. *Steph.*
Phædimus, filius Amphionis, & Niobes. *Ovid.*
Phædon, Atheniensis, in convivio à triginta Atheniensium tyrannis necatus fuit.
Phædonalius, Philosophus Elidensis, Socratis auditor. *Gel.* l. 2.
Phædra, fuit Regis Minois ex Pasiphae conjuge filia.
Phædrus, unus fuit discipulorum Platonis.
Phædyma, Ottanis nobilis Persæ filia. *Herod.* lib. 4.
Phænana, Rhætiæ urbs, quæ hodie Bæhenhusium.
Phæston, civitas est Estiotarum in Macedonia.
Phæstum, opp. est Cretæ Mediterraneum. *Plin.* lib. 4
Phæstum, opp. est Locrorum Ozolarum. *Plin.* lib. 4.
Phæstius, a, um. *Ovid. Nam quondam Phæstia regna.*
Phæstias, dis. Idem. *Inter Phæstiades, quæ laudatissima forma.*
Phæstus, fuit Bori Mæonii filius, ab Idomeneo interfectus. *Hom. Iliad.* 5.
Phæstus, mons Cretæ circa Cortynam urbem. *Steph.*
Phaeton, trisyllabum, Ligurum Rex fuit vetustissimus. cujus multæ in Hetrusco littore coloniæ fuerunt. *Cato in Origin.*
Phaeton alius, Jovis, & Clymenes filius. *Car.*
Phaethontides, Clymenes, & Solis filiæ dicuntur.
Phaetonius, a, um, & Phaethonteus, a, um, à Phaethonte.
Phaetusa, Solis filia ex Neæra Nympha, soror Lampetiæ.
Phago, vir insignis voracitatis & gulositatis. *Vopisc.*
Phagres, urbs Thraciæ: gentile Phagresius. *Steph.*
Phalacra, opp. est Mediterraneum Cyrenaicæ. *Ptol.*
Phalacræ, cacumen Idæ, in quo propter nivem nihil provenit, sed calvum est. *Steph*
Phalacrium, prom. est Siciliæ. Vulgò *Rosacusmo.*
Phalacrium, à *Solino* dicitur Phalantium.
Phalacrium, prom. est Corcyræ ins. *Plin.*
Phalagni, opp. est Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Phalanchrus, fuit Æoli filius. *Homer.* 10. *Odiss.*
Phalanchia, civitas est Macedoniæ. *Ptol.*
Phalangis, nomen est Æthiopiæ sub Ægypto. *Ptol.*
Phalamæs, urbs Cretæ: civis Phalamæus. *Steph.*
Phalantus, dux fuit Laconum, qui Tarentum condiderunt.
Phalantus, urbs & mons Arcadiæ à Phalanto. *Steph.*
Phalara, civ. est Atticæ in sinu Maleato. *Plin.*
Phalaris, Arigentinorum fuit tyrannus in Sicila.
Phalaris, quoque Grammaticus fuit, cujus meminit. *Cicero.*
Phalasarna, opp. est Cretæ. *Strab.* lib. 10.
Phalasia, prom. est Eubœæ ins. *Ptol.*
Phalera, portus est Atticæ regionis. *Plin.* lib. 4. cap. 7.
Phalericum, mare est in eadem Attica.
Phalerii, populi sunt in Italia à Phalisco Argivo. *Sol.*
Phalerium, vicus & navale Atticæ: incola Phalerius. *Steph.*
Phalesma, opp. est Thraciæ regionis. *Plin.* lib. 4.
Phalisci, populi Hetruriæ. Vulg. *Monte Fiasco.*
Phaliscus, vicus Romæ est. *Fabius Pict.*
Phalisca, regio in Italia quoque, à Phalisco Argivo. *Sol.*
Phallani, opp. est Magnesiç. *Plin.* lib. 4. cap. 9.
Phalora, urbs Thessaliæ: inde Phalarensis. *Steph.*
Phames, mons est in Arabia Fœlici.
Phamizon, vicus Amasiæ: incolæ Phamizonii. *Steph.*
Phana, civ. est Mediæ regionis. *Ptol.*
Phanæus, mons est in promont. Chii, vitibus consitus, sic à Phaneo Rege dictus. *Ser.*
Phanæus, prom. Chii ins. Vulg. *Cabo Mastico*
Phanagoria. civ. est juxta Bosphorum Cimmerium. *Ptolem.* Gentile Phanagorites.
Phanagoria. campus in Cappadocia. *Ptol.*
Phanaspa, civ. est Mediæ. *Ptol.*
Phandana, civ. est Armeniæ majoris. *Ptol.*
Phanes, vir Halicarnasseus, de quo aliqua refert. *Her.* lib. 3.
Pharnesii, pop. in insulis Septentrionalibus, qui aures adeò effusas habent, ut reliqua viscera illis contegant. *Solin.*
Phanias, libertus Apii pulchri. *Cic. in Epist*
Phanteus, urbs Phocidis: gentile Phanteites. *Steph.*
Phantia, urbs Troadis, à Cumanis condita. *Steph.*
Phanturites, nomos, præfectura est Thebaides. *Plin.*
Phaon, juvenis Lesbius mortalium omnium formossissimus, à Sapho poëtria adamatus. *Ovid.*
Phara, opp. Arabiæ Petreæ. *Ptol.*
Phara, lacus est Judææ. *Sol.*
Pharæ, arum, opp. est Cretæ *Plin.* lib. 4. cap, 12.
Pharambara, opp. est Mediæ. *Ptol.*
Pharam, urbs inter Ægyptum, & Arabiam. *Steph.*
Pharanitæ, pop. sunt Arabiæ Petreæ. *Ptol.*
Pharao, nomen fuit dignitatis Regum Ægypti: Nam Pharaonis nomen Ægyptiorum lingua, *Regem.* significat. *Euseb.*
Pharastia, opp. est Mediæ *Ptol.*
Pharatha, opp. est Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Pharathus, urbs Galilææ: gentile Pharatonites. *Steph.*
Pharax, vicus est Syrtis magnæ in Africa propria. *Ptol.*
Pharbætinata, plaga est in Ægypto. *Ptol.*
Pharbetos, civ. est Ægypti metropolis. *Ptol.* undè
Pharbetites, nomos, præfectura in Ægypto. *Ptol.*
Pharbetus, urbs Eretriensis: gentile Pharbetius. *Steph.*
Pharcedon, urbs Thessaliæ: gentile Pharcedonius. *Steph.*
Pharga, civ. est Arabiæ Desertæ. *Ptol.*
Pharia, ins. est contra Dalmatiam, & Jaderam. Vulg. *Lesena.*
Pharia, civ. est in prædicta insula: à qua Pharienses.
Phariis, in Ægypto, sicut in Africa Psyllis in Italia Marsis, ingenitum fuit virus exitiale serpentibus.
Pharia, urbs Laconiæ: cives Pharitæ. *Steph.*
Pharisæus, nomen sectæ religiosæ Judæorum.
Pharmacotrophi, pop. sunt Asiæ, qui venenis aluntur. *Plin.* lib. 6. cap. 16.
Pharmacusa, ins. est una è Sporadibus. *Plin.* lib. 4. cap. 12.
Pharmoja, opp. ac titulus Vicecomitis Momoniarum in Hybernia.
Pharmatia, civ. est Ponti Cappadocum. *Ptol.*
Pharnax, filius Mitridatis Regis Ponti à Cæsare victus. *Lucius Florus.*

Pharos, ins. parva Ægypti contra Alexandriam. Vulg. *Faro.*
Pharos, turris nominatissima in ea à Ptolemæo Rege facta.
Pharos, ins. in Illyrico pelago. Vulg. *Lesena.*
Pharius, a, um, à Pharo Lucan. *Pharios hinc concute Reges.*
Pharphariades, portio est montis Tauri. *Plin.* lib. 5. cap. 17.
Pharsalus, civ. est in Thessalia : à qua. (*pos.*
Pharsalia, dicitur tota Thessalia. *Lucan diros Pharsalia cam-*
Pharsalus, opp. est in Peloponneso. *Strab.* lib. 8.
Pharsalici campi in Thessalia, à Pharsalo oppido appellati, quod situm est in ripa fluvii *Enipei.*
Pharusii, pop. sunt Libyæ interioris. *Ptol.*
Pharybus, fluv. est Macedoniæ. *Ptol.*
Pharycadon, opp. est Thessaliæ. *Strab.* lib. 9.
Pharigium, opp. est in Phocide. *Strab.* lib. 9.
Phasca, opp. est Armeniæ majoris. *Ptol.*
Phaselis, opp. est Pamphiliæ in monte situm, & à Mopso conditum. *Pomp.* lib. 1. cap. 14. piratarum olim perfugium. *Cic. Act.* 6. *in Verr.*
Phasellis, civ. est Judææ ad occasum Jordanis. *Ptol.*
Phaselus, Hierosolymæ præfectus ab Antipatro Herodis filio, anno urbis 710. *Joseph.* (*nepos.*
Phaselus, antipatri est Cypri de filiis Herodis Judææ Regis
Phas, nomen montis Moabitarum. *Num.* 12. & *Josue* 13.
Phaselussæ, duæ insulæ Libyæ propè Sirim fluvium.
Phasis, fluv. prægrandis in Colchide regione, ex Armeniæ montibus nascens, & in Pontum Euxinum illabens. *Plin.*
Phasis, quoque civ. etiam est Colchidis. *Plin.* lib. 6. cap. 4. Vulgò *Fasso.* (*Ovid.*
Phasiacus, a, um. *Quid te Phasiacæ juvarunt gramina terræ.*
Phasias, adis. Idem. *Phasius est tellis fixa puella meis.*
Phasianæ vaccæ pusillæ sunt *Arist. de Animal.* lib. 3.
Phasteo, urbs in Sacis : gentile Phasthaus. *Steph.*
Phateronesus, ins. est propè Thraciam Chersonesum. *Plin.*
Phavonæ, pop. sunt Scandiæ majoris.
Phausya, civ. est Armeniç majoris. *Ptol.*
Phazaca, civ. est Mediç regionis. *Ptol.*
Phazania, regio est Æthiopiæ sub Ægypto. *Ptol.*
Pheabos, ins. juxta Arabicum sinum. *Arist. de Mundo.*
Phea, urbs propè fluenta Jordanis. *Hom.* 7. *Iliad.*
Pheace, ins. contra Ephesum. *Plin.* lib. 5. cap. 31.
Pheagæa, vicus in tribu Ægeide : & alius in tribus Pandionide. *Steph.*
Phegea, urbs Arcadiæ, à Phegeo Rege Phorenei fatre condita. *Steph.*
Phegeus, pater fuit Alphesibœæ, uxoris Alemeonis. *Ovid.* 9. *Metam.*
Phegor, lingua Hebræa Priopus appellatur. *Hieronymu scontra* Jovinianum.
Phellas, opp. est Lyciæ. *Ptol.* Vulgò *Fello.*
Phellusa, ins. adjacens Lesbo. *Plin.* lib. 5 cap. 31.
Phemonoë, vates prima Apollinis Delphici fuit. *Pausan.*
Pheneum, opp. est Arcadiæ. *Plin.* lib. 25. cap. 4.
Pheneatæ, pop. qui Pheneum opp. incolunt. *Cic.*
Pheneus, lacus Arcadiæ describit. *Ovid.* 15. *Metam.*
Phenus, fluv. Arcadiæ in Alpheum defluens. *Plin.* lib. 4.
Phereucas, vir quidam fuit ex paupere dives à Cyro factus. *Xenoph.*
Pheræ, arum, opp. est Thessaliæ. *Plin.* lib. 4. cap. 8.
Pheræ, arum, opp. quoque est in Messenia. *Plin.* lib. 4. cap. 5. Vulgò *Ceramidi.*
Pheroeclus, filius fuit Harmonidis, qui Paridi naves, quibus ad rapiendam Helenam usus fuit, fabricavit. *Hom.*
Pherecleus, a, um, à Pherecho, ut puppis Pheeclea. *Ovid.*
Pherecrates, Atheniensis Poëta comicus, sub Alexandro Magno militavit, docuitque fabul. 42. *Suid.*
Pherecydes, Philosoph. & Poëta tragicus ex Scyro insula, primus dixit animos hominum sempiternos.
Pherecydes alius, Atheniensis Philosophus superiore antiquior, Theogoniam scripsit.
Pherecydes alius Lerius genere & historicus fuit. *Suid.*
Pherecydeus, a, um, adject. quod est Pherecydis. *Cic.*
Pheregenæ, una, ex 4. coloniis, quas Janus ad littus Hetruscum condidit. *Cato in Fragmentis Origin.*

Pheregenæ, à Latinis *phregnæ* per syncopem profertur. Vulgò *Poli.*
Pheregenæ, post Tyberina ostia, primum Hetruriæ opp. est.
Phere factum, interp. i, factum Jani Geni Joann. Annio sermone Aramæo.
Pherendis, civ. est Armeniæ majoris. *Ptol.*
Pherentinates, pop. in Campania à Tyberi ad Sarnum. *Cat.*
Pherentianæ, coloniæ, & fluv. Hetruriæ cognominata. *Catul.*
Phertion, fluv. est Liguriæ, quem *Plin.* mendosè Ferritorem vocat.
Phermatiacus, fluv. est Ægypti.
Phesulæ, opp. Italiæ Lege supra *Fesulæ.*
Phiala, fons est unde Nilus oritur. *Solin.* cap. 45.
Phialea, opp. est Arcadiæ in Peloponneso. *Ptol.*
Phiale, una ex comitibus Dianæ. *Ovid.* lib. 3. *Metam.*
Phiara, urbs est præfecturæ Sargarausenæ in Cappadocia. *Ptol.*
Phicari, pop. sunt circa Mæotim. *Plin.* lib. 6. cap. 7.
Phicaria, ins. est adjacens Sardiniæ. *Ptol.*
Phidias, statuarius, qui Minervæ statuam altitudine cubitorum 26. fabricavit. *Plin.* lib. 25. cap. 8.
Phidiacus, a, um. *Propert.* lib. 3. *Phidiacus signo se Juppiter ornat. eburno.*
Phidile, nomen est rusticæ muliebris apud *Horatium.*
Phidippus, vir Thessalus quidam, cujus meminit. *Hom.*
Phidippus, nomen est Comici apud *Terentium.*
Phigalea, urbs Arcadiæ à Phigalo quodam. *Steph.*
Phigia, civit. est in Arabia Fœlici. *Ptol.*
Phila, ins. est in mari Gallico. *Plin.* lib. 3. cap. 5.
Philæ, arum, insulæ 4. adjacentes Ægypto. *Plin.* lib. 5. cap. 9.
Phila, opp. quoque est in Macedonia.
Philadelphia, civ. est Syriæ Curvæ. *Ptol.*
Philadelphia, civ. est Ciliciæ Mediterranea. *Ptol.*
Philadelphia, civ. est Asiæ propriè dictæ. *Ptol.*
Philadelphini, pop. sunt conventus Sardiani. *Plin.* lib. 5.
Philadelphus, cognomen cujusdam Ptolemæi. Regis Ægypti, qui Bibliothecam fecit 50000. libros continentem.
Philagathus, viri proprium, quo significatur *benignus.*
Philagrus, sophista Cilix, auditor Lolliani. *Cal.* l. 21. c. 7.
Philaida, vicus in Ægeide tribu. *Steph.*
Philamon, filius Apollinis ex Chione Nympha. *Ovid.*
Philarchi, pop. sunt in Arabia Fœlici Mesopotamis conter- mini ad Euphratem descendentes.
Philaretus, nomen viri medici proprium.
Philea Regio Byzantii : gentiles Phileates. *Steph.*
Philemon, poeta comicus, post Menandrum secundus. *Quint.*
Philena, Vide Pessinuntia.
Philenis, puella deformis apud *Martialem,* lib. 3.
Philenis, meretrix fuit, quam Philocrates poeta suis carminibus laceravit. De hac etiam *Mart.* lib. 7.
Phileni, duo fratres Chartaginenses, qui se pro ampliatione Reipublicæ vivos sepeliri sustinuerunt : à quibus.
Philenorum aræ, locus est ad Syrtem magnam. Vulg. *Puerto de Saba.*
Philenorium, urbs,, in Arnæ regione Bœotiæ, à Philenoro Ætolo : gentile Philenorius. *Steph.*
Phileros, ontis, opp. est Macedoniæ. *Plin.* lib. 4. cap. 10.
Phileros,tabellarius quidam,apud *Ciceronem in Epistolis,* l. 9.
Philesius, nomen est quo vocatus fuit Appollo : unde.
Philesia, templa quæ Apollini erant consecrata. *Boccat.*
Philetas, poeta Elegiographus tempore Alex. Magn.
Philetæus, a, um. *Propert. Ora philetea nostra rigavit aqua.*
Phileum, civ. est Germaniæ in ea regione, quæ nunc Frysia vocatur. Vulgò *Groninga.*
Philia, promont. est Thraciæ. *Ptol.* Vulgò *Filea.*
Philides, fuit quispiam equorum nutritor. *Plut.*
Philinus Herbitensis, homo disertus & prudens. *Cic. in Varr.*
Philippi, Siciliæ civ. à Philippo sic dicta. *Steph.*
Philippi, orum, urbs Thessaliæ à Philippo Macedonum Rege ædificata, quæ prius Dathos dicebatur.
Philippici, campi sunt juxta Philippos, in quibus Cæsar, & Pompejus, deindè August. & Cassius pugnaverunt.

Phi-

Philippides, poëta comicus, qui gaudio immodico mortuus. *Suid.*
Philippolis, quæ Trimontium, & Adrianopolis, civ. est Traciæ Chersonesi. *Ptol.* Vulgò *Adrianopli.*
Philippus, viri proprium, interpretatur *equorum amator.*
Philippus, Martyr ex Ordine Santissimæ Trinitatis, Hybernus, multa præclarè scripsit. *Osullevan.*
Philippus Osullevanus, Hybernus, plura de Hybernia scripsit.
Pilippus, *Hispaniarum Rex.*
Philippus Secundus, *Hispaniarum Rex prudentissimus.*
Philippus Tercius, *Hispaniarum Rex.*
Philippus Quartus, *Hispaniarum atque Indiarum Rex.*
Philippus Macedo, dictus est Alexandri Magni pater.
Philippus alius, qui Romanorum Imperatorum primus Christianus fuisse perhibeter.
Philippus, Demetrii filius, Rex Macedoniæ, à T. Quinto Flaminio victus. *Livius.*
Philippus, Medicus Alexandri, teste *Curtio* lib. 2.
Philippicæ, orationes Demosthenes in Philippum Regem.
Philippicus, a, um, quod est à civitate *Philippis.*
Philippeus, a, um à Philippo, ut sanguis Philippeus. *Propert.*
Philippeus, i, sive Philippus, id est aureus numus pretiosus, cujus apud *Plautum, & Livium* multa mentio.
Philiscum, opp. est Parthorum ad Euphratem. *Plin.* lib. 6.
Philistina fossa, ostium fluvii Athesis. Vulgò *Fossona.*
Philistion, Sardianus poëta, qui Socratis ætate floruit.
Pilix nutrix fuit Dominati Principis. *Suet.*
Philyres, pop. sunt juxta Pontum. *Steph.*
Phylyra, mater Chironis Centauri, à qua (filius.
Phylirides, dictus est Chiron, Saturni & Philyræ Nymphæ
Philo, Academicus, Clitomachi discipulus. *Cic.*
Philo Herennius, Byblius patria, tempore Adriani. *Suid.*
Philo, architectus, qui Atheniensibus Armamentarium fecit. *Cicer.*
Philo Judeus, Axandrinus, eloquentiæ Platonis æmulator.
Philo, staturius, Hephæstionem expressit. *Tatianus.*
Philo item, Pompeii libertus- *Cic. ad Atticum.*
Philocandrum, opp. est Siphini insulæ. *Ptol.*
Philochorus, vir Atheniensis, vates doctissimus. *Suid.* (*Suid.*
Philocles, Atheniensis, poëta tragicus, filius sororis Æschili.
Philocrastes, vir Atheniensis, proditionis nota infamis apud *Demosthenem.*
Philoctetes, ctetis, vel ctetæ, Pæantis filius, & Herculis comes.
Philodamus, homo Princeps Lampascenorum. *Cic. in Verr.* 3.
Philodespotus, viri proprium, interpretatur *Domini*, vel *Dominæ amator.*
Philogones, libertus quidam. *Cic. ad Attic.*
Philogonus, libertus Quinti fratris Ciceronis.
Philogones, opp. est Bœotiæ. *Plin.*
Philolaus, viri proprium interpretator *amor populi.*
Philolaus, Corinthius, qui leges Thebanis dedit. *Arist.* 2. *Politic.*
Philomela. Pandionis Athenarum Regis filia, Prognes soror, à Thereo vitiata.
Philomelum, opp. est Phrygiæ magnæ. *Ptol.*
Philonis, villa est in Cyrenaica regione. *Ptol.*
Philonis vicus, Libycæ nomidis vicus est in Ægypto. *Ptol.*
Philonus, portus est in Corsica insula. *Ptol*
Philopœmenes, Megalopolitanus dux Achæorum præstantissimus, Lacedemonios multis cladibus afflixit. *Plut.*
Philostratus Lemnius, scripsit de vita Apollini Tyanei libros 8: vixit tempore Severi Principis.
Philostratus, hujus pater, Athenis docuit Neronis tempore.
Philostratus, superioris filius, docuit Athenis, cui librum Iconum seu de imaginibus plerique referunt. *Suid.*
Philotera, urbs juxta Trogloditicam, à Satyro, condita: gentile Philoteris. *Steph.*
Philoteris, opp. est. Arabiæ. *Plin.* lib. 3. cap. 6.
Philotimus, Ciceronis libertus, ut ipse scribit. *Appian.* lib. 3.
Philoxenus, parasitus quidam, qui gruis collum sibe exoptabat, quo diutius ciborum, & vini sapore oblectaretur. *Plut.*
Philoxenus, Grammaticus Alexandrinus, Romæ scripsit varia. *Suid.*

Philoxenus, Eretriensis pictor, Nicomachi discipulus. *Plin.* lib. 35. cap. 10.
Philoxenus, poëta lyricus, scripsit lyrico carmine Acacidarum genealogiam. *Suid.*
Phineos, sive Phinopolis, civitates sunt Ponti.
Phineus, Rex Arcadiæ, qui implusu uxoris secundæ liberis suis oculos eruit, occisus tandem ab Hercule.
Phineus alios, Cephei frater, qui à Perseo in marmor mutatus fuit.
Phinni, pop. sunt Sarmatiæ in Europa. *Ptol.*
Phinopolis, opp. est in Thracia. *Ptol.*
Phinthi, fons est Siciliæ insulæ. *Plin.*
Phintonis, ins. est adjacens Sardiniæ. *Ptol.*
Phinsinses, pop. sunt Siciliæ insulæ. *Ptol.*
Phinsi, pop. sunt Scandiæ insulæ. *Ptol.*
Phison, nomen fluvii, significat *inundationem. Joseph.*
Phla, ins. est Africæ in Tritonide palude. *Herod.* lib. 4.
Phlanon, opp. est in Illyrico: undè *Phlanticus sinus.*
Phlanonites, pop. sunt in Illyrico, à Phlanoe. *Steph.*
Phlegethon, fluv. infernalis, flammis æstuantibus rapidus, à Phlego, id est, *ardeo.*
Phlegethonteus, a, um, ut ripa Phlegethontea. *Claud.*
Phlegethon, inis. *Ovid. Sparsumque caput Phlegethontide Nympha.*
Phlegiæ, pop. sunt Thesaliæ. *Strab.* lib. 9.
Phlegon, unus equorum Solis. *Ovid.* 2. *Metam.*
Phlegon, Trallianus, libertus Augusti, scripsit historiam Olympiadum libris 16. *Suid.*
Ahlegara, opp. est Macedoniæ. *Plin.* lib 4. cap. 10.
Phlegra, in Italia in campo Cumæ ponitur. *Diod.*
Phlegræi, campi sunt in ora Campaniæ propè Cumas. *Diod.* Vulgò *Salfataria, no lejos de Pozzodo.*
Phlegræi, campi quoque in Thessalia, ubi Gigantes cum cœlestibus pugnayêre. *Plin.* lib. 3. cap. 5.
Phlegræus, unus è Centauris, Ixionis, & Nubis filius.
Phlegræus, a, um. *Quod non phlegræis Antæum sustulit arvis.*
Phlegya, urbs est Bæotiæ: civis Phlegyas. *Steph.*
Phlegyas, Rex Lapitharum, Martis filius, & pater Ixionis.
Phlias, filius Bacchi, unus eorum qui in navi Argo fuerunt.
Philius, untis, castellum est in Achaja. *Plin.* lib. 4. cap. 1.
Phliasius, a, um, res ad Phliunta pertinens. *Cic.* Phil. 5.
Phlorius, opp. est Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*
Phygadia, civ. est juxta Alpes. *Strab.* lib. 4.
Phobetor, filius fuit Somni apud *Ovid.* 12. *Metam.*
Phocæ, arum ins. sunt Cretæ adjacentes. *Plin.* lib. 4. cap. 13.
Phocæ, opp. est Æolidis, Atheniensium Colonia. Vulg. *Fogolia vecchia.*
Phocæensis, e, dux à Jonia, ut sit Phocæa urbs Joniæ.
Phocæis Massilia dicta quòd à Phocænsibus condita sit.
Phocæa, civ. Cariæ, monti Mycalæ opposita, qua
Phocenses, ut à Græcorum Phocide Phocenses dicti.
Phocaicus, a, um, ab utraque dicitur, ut Murex Phocaicus.
Phocas, nomen Imperatoris Romani. *Plin.* lib. 9. cap. 7.
Phocasia, ins. est Græciæ. *Plin.* lib. 4. cap. 12.
Phoce, es, opp. est Bœotiæ. *Ptol.*
Phoce, es, pop. Jonum, qui primi longis navibus usi sunt. *Steph.*
Phocion, vir clarus Atheniensis cognomento Bonus, pauperrimus semper fuit, cùm ditissimus esse potuisset.
Phocios, parvo regio Græciæ inter Atticam, & Bœotiam.
Phocehus, a, um. *Ovid. Aufuit insano juvenis Phaceus.*
Phocenses, in Italia Sartenium portum ediderunt.
Phocea, à Jonibus condita. cujus forma oblonga.
Phocus, filius fuit Æaci. *Ovid.* lib. 7. *Metam.*
Phocusa, ins. una è Sporadibus. *Plin.* lib. 4 cap. 12.
Phocusæ, insulæ duæ adjacentes Africæ. *Ptol.*
Phœbas, adis, fatiloquia Sacerdos Bacchi. & vates. *Strab.*
Phœbe, dicitur Luna, & venit ab eo quòd est Phœbos. *Virg. Lux vitæ.*
Phœbi, prom. est in Mauritania Tingitana. *Ptol.*
Phœbia, opp. Sicyonum: gentile Phœbias. *Steph.*

Phœbus, Apollo dicitur, Jovis & Catonæ filius à *Phos*, id est, *lux*.
Phœbeus, a, um. *Ovid. Arte Phœbea*, id est, medica.
Phœbeius, a, um, ut juvenis Phœbeius, *Ovid.* 1. Æscul.
Pœmius, fluv. est Mauritaniæ Cæsariensis.
Phœmon, lacus est Arcadiæ. *Ovid.* 15. *Metam.*
Phœmoboe, filia Phœbi, & Vates quæ prima carmen Heroicum cecinit. *Hesiod.*
Phœnicum, vicus est in Arabia Fœlici. *Ptol.*
Phœnice Syria, Regio est Asiæ Judææ contermina.
Phœnices, pop. sunt ejusdem regionis.
Phœnicum, mons Corinthis; gentile Pheniceus. *Steph.*
Phœnix, vir ex Phœnice: & ventus qui ex Phœnice flat.
Phœnicæ Ageronis filia dicta. *Xenoph.*
Phœnissa, mulier ex Pœnice. *Ovid. Et Phenisa Tyro.*
Phœnisso, dicitur Dido, quia ex Pœnice venit. *Virg.*
Phœnice, ins. prius dicta, quæ posteà Ios. *Plin.* Vulgò *Nio.*
Phœnice, ins. prius dicta, quæ posteà Tenedos. *Plin.*
Phœnicia, civ. est Chaonum in Epiro. *Ptol.*
Phœnicia omnis Ciliciæ anumerata est, cùm fuerit Dario tributaria.
Phœnicodes, ins. sunt juxta Ciliciam. *Ptol.* Vulgò *Filendi.*
Phœnius, portus est in Creta ins. *Ptol.*
Phœnicus, portus est in Marmarica Ægypto. *Ptol.*
Phœnicus, mons est in Bœotia. *Strab.*
Phœnicus, portus est in Sicilia ins. *Ptol.*
Phœnicula, ins. est una 7. Æolidis. *Plin.* lib. 3. cap. 9.
Phœnix Agenoris filius, Cadmi frater, qui Phœnicibus imperavit, à quo Phœnice.
Phœnix, Amintoris filius. *Hom.* 8. *Illiad.*
Phœnix, icis, opp. est in Phœnicula insula.
Phœnix, mons est in Asia propria. *Ptol.*
Phœnix, fluv. est Thessaliæ. *Plin.* lib. 4. cap. 8.
Phœnix, icis, opp. & mons Cariæ. *Strab.* lib. 14.
Phœtia, urbs Acarnaniæ, à Phœtio filio Alcmeonis. *Steph.*
Phœlegrandos, ins. est una è Sporadibus. *Plin.* lib. 4. c. 22. Civis dicitur Pholegrandius.
Pholoë, opp. est &, mons Arcadiæ. *Plin.* lib. 4. cap. 6.
Pholoë, nomen famulæ cujusdam, apud *Virg.* 5. *Æneid.*
Pholoëticus, a, um, res ad Pholoëm pertinens.
Pholus, unus fuit è Centauris, Ixinis & Nubis filius.
Phorbe, opp. est Macedoniæ Mediterraneum.
Phorbantia, ins. est propè Siciliam. *Ptol.*
Phorbas, Triopæ filius, pater Ilionei Trojani. *Serv.*
Phorbium, promont. est Acajæ.
Phorci, pop. sunt Lyciæ interioris.
Phorcus, Neptuni filius, Rex fuit Corsicæ & Sardiniæ insularum, quem in deum marinum versum dixêre.
Phoriani, locus Elidis in angusto situs. *Steph.*
Phorica, vicus Arcadiæ: gentile Phoricus. *Steph.*
Phoristæ, pop. sunt Asiæ Mediterranei. *Pomp.* lib. 1.
Phormio, dux Crotoniata, Lacedæmonios bello navali vicit.
Phormus, Siracusanus comicus, Geloni tyranno familiaris.
Phorobrentanum, urbs Lybiæ: gentile Phorobrentaneus. *Step.*
Phroroneus, Argivorum Rex fuit, Inaci fluvii filius.
Phoroneus, a, um, ut matres Phoroneæ. *Stat.* 12. *Theba.*
Phorontis, opp. est Cariæ conventus Alabandici. *Plin.* lib 5.
Phorosii, pop. sunt Mauritaniæ.
Phosphorion, portus quidam Byzantii. *Steph.*
Phosphorus, Veneris stella, quæ Latinæ Lucifer dicitur. *Cic.*
Phragmon, nomen Statuarii & Pictoris egregii.
Phraortes, Rex Indorum, ad quem pervenit Apollinius Tyaneus.
Phateria, opp. est Daciæ. *Ptol.*
Phreata, id est, *putei* civ. est Cappadociæ *Ptol.*
Phregenæ, arum, opp. est maritimum Hetruriæ: undè Phrægenates. Vulgò *Pasi.*
Phregnæ, abyssum ab eo quod est Phrogenæ, sive Fregenæ.
Phrestos, opp. est Thessaliæ. *Strab.*
Phricion, mons est Locridis supra Thermopylas. *Strab.*
Phriconia, opp. est Elidis. *Strab.* lib. 13.
Phryxa, urbs Peloponnesi, Phœstus post appellata. *Steph.*
Phrugundiones, pop. sunt Sarmatiæ in Europa.
Phrurerum, mons est Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*
Phrurium, prom. est Cypri ins. *Ptol.*
Phrygia regio minoris Asiæ, à Phrygia Cecropis filia.
Phrygiæ, duæ, feruntur, major & minor, quæ Epitecton dicitur.
Phrygia, locus est Oetæ, sic dictus, quòd Hercules in eo tostus, & exustus sit. *Steph.*
Phrygia, locus inter Bœotiam, & Atticam. *Steph.*
Phryges, pop. Phrygiæ. *Virg. Hac Phryges instarent.*
Phryx, fluv. est qui Cariam à Phrygia dividit.
Phryges verò sapiunt, proverbium est. Vide *Erasmum.*
Phryx plagis emendatur, proverbium in servili ingenio homines.
Phrygi, pop. sunt in Epiro. *Strab.*
Phrygidianus, Ultoniæ in Hybernia Regis filius, & Lucensis in Italia præsul santissimus. *Gabriel Pennotus* & *Ocabasa.*
Phryne, nomen meritricis apud Athenas. *Quint.* lib. 2.
Phynicus Athenieus. Tragicus, Thespiadis discipulus. *Suid.*
Phrynicus, Bithynicus sophista, scripsit de Atticis dictionibus. *Suid.*
Phryxus, filius fuit Athamantis & Nepheles, Helles frater.
Phryxeus, a, um, *Ovid.* 7. *Metam.--Phryxeaque vellera poscunt.*
Phryx, portus juxta fauces Ponti est. *Steph.*
Phthembutis, civ. est Metropolis Ægypti. *Ptol.* unde.
Phthembuthites, nomos, præfectura in eadem.
Phthia portus est in Ægypto. *Ptol.*
Phthia, opp. est Thessaliæ, Achilis patria. *Serv.*
Phethintia, civ. est Siciliæ ins. *Ptol.*
Phthiotis, idis, una ex 4. Thessaliæ partibus. *Strab.* lib. 9.
Phtiotæ, pop. sunt in eadem regione.
Phthius, a, um, res ad eandem pertinens, ut *Phthius Achilles.*
Phthirioticus, a, um. *Catul. Defertur Scyros linquunt, phthirictica Tempe.*
Phthiriomachi, pop. sunt Macedoniæ.
Phthiriopagi, pop. sunt juxta Pontum Euxinum. *Strab.* l. 11.
Phulbagina, civ. est Trocmorum in Galatia. *Ptol.*
Phulphinium, opp. est Dalmatiæ.
Phundussi, pop. sunt Germaniæ magnæ. *Ptol.*
Phuphagena, civ. est Armeniæ minoris. *Ptol.*
Phurnita, urbs Lybiæ: cives Phurnitani. *Steph.*
Phurnyhei, pop. sunt Mauritaniæ. *Joseph.*
Phusiana, civ. est Assyriæ. *Ptol.*
Phusipara, civ. est Armeniæ minoris. *Ptol.*
Phuth, fluv. est Mauritaniæ.
Phuth, filius fuit Cham filii Noë.
Phycus, untis, prom. est & Castrum Cyrenaicæ.
Phycussæ, ins. Libyæ: insulares Phycussæi. *Steph.*
Phygela, civ. est juxta Pannoniam Joniæ regionem. *Ptol.*
Phylæ, arum, ins. una adjacens Ægypto. *Plin.* lib. 5.
Phylacæ, opp. est Pieriæ in Macedonia. *Ptol.*
Phylacæi, pop. sunt Mediterranei Macedoniæ.
Phylacenses, pop. sunt Asiæ propriæ dictæ. *Ptol.*
Phylia, vicus in tribu Æneide: tribulis Phylasius. *Strab.*
Phylecusa, ins. in Tyrrheno mari, quæ hodie Ischia.
Phyleus, unus è ducibus Græcorum, qui ad Trojam venerunt. *Homer.*
Phylliria, Oceani fuit filia, ex qua Saturnus Chironem suscepit, qui à Marte Phyllirides dicitur.
Phyllis, Licurgi Thracum Regis filia. *Ovid.*
Phyllis, amnis Bithyniæ, à quo Phyllienses dicuntur. *Steph.*
Phyllis, regio Thraciæ apud Pangæum montem. *Steph.*
Phyllodoce, nomen Nymphæ cujusdam. *Virg.* 4. *Georg.*
Phyllus, urbs Thessaliæ quam decorosam vocat *Stat.*
Phyrgente, pop. sunt in Peloponneso. *Strab.*
Phryrites, fluv. est Joniæ regionis. *Plin.* lib. 5. cap. 2.
Phyrra, opp. est Lyciæ. *Plin.*
Physca, civ. est Mygdoniæ in Macedonia. *Ptol.*
Physcella, opp. est Macedoniæ *Plin.* lib. 4. cap. 10.
Physcus, civ. est Cariæ in pelago Rhodiensi. *Strab.* Vulgò *Fiesco.*

P ANTE I.

Piacularis, porta Romæ, sic appellata ob quædam piacula, quæ ibi fieri solebant.

Piacus, urbs Siciliæ: cives Piaceni. *Steph.*
Piala, civ. est Ponti Galatici in Cappadocia. *Ptol.*
Piala, filia Clitonis regis Hyberniæ, sanctitate insignis. *Anselmus.*
Picenum, regio est Italiæ, à Pico Martio dicta. Vulgò *Marca de Ancona, ó Anconitana.*
Picenum, vocabulo Hetrusco & Aboriginum dicitur Ancona.
Picenum, lingua Hetrusca *genus sacrum* dicitur. *Cat. in Orig.*
Picentes, sive Piceni, qui Picenum habitant. *Cic.*
Picens, entis, nomen gentile. Juv. *Tunc Picens, accipe dixit.*
Picentinus, a, um, à Picentia *Mart. Picentina Ceres.*
Picenus, a, um, possessivum, ut Picenus ager, pro regione Picena. *Cicer.* & *Plin.* lib. 11. cap. 13.
Picentini, populi ad mare Tyrrhenum Lucanis proximi. *Strab.* & *Plin.* lib. 2. cap. 5.
Picentia, opp. inter Surrentum, & Sylarum fluv. *Plin.* Vulgò *Vicentia.*
Picœla, civ. est Ciliciæ. *Strab.*
Piconia, fons ex quo aqua Aufeja perducebatur.
Pictavia. quæ & Augustoritum vocatur, urbs est antiquissima Galliæ Celticæ, cui præfuit D. Hilar. Episcopus.
Pictæ, arum, pop. fuerunt in Italia. *Strab.*
Pictones, pop. sunt Galliæ Aquitanicæ. *Ptol.* Vulgò *Los de Poiton.*
Pictonium, prom. est Galliæ Aquitanicæ.
Pictoreus, Rex qui trecentos annos vixit. *Plin.* lib. 7. c. 48.
Picumnus, deus agrestis, qui sacris Romanis adhibebatur, quique stercorandorum agrorum usum primus invenisse dicitur. *Serv.* lib. 9. *Æneid.*
Picus, Rex fuit Latinorum, in auguriis præstantissimus.
Pida, civ. est Ponti Galatici in Cappadocia. *Ptol.*
Pidosus, ins. est in ora Cariæ. *Plin.* lib. 5. cap 29.
Pidites, vir fuit Percosius, ab Ulysse interfectus. *Hom.* 7. *Iliad.*
Piditæ, pop. sunt Sarmatiæ in Europa. *Ptol.*
Piephigi, pop. sunt Daciæ. *Ptol.*
Pieres, pop. Macedoniæ finitimi. *Plin.* lib. 4. cap. 20.
Piera, urbs est celeberrima Syriæ Antiochenæ. *Plin.* l. 15. c. 21.
Pieria, regio est, Mediterranea Macedoniæ. *Plin.* l. 4. c. 12.
Pieria, civ. & mons Bœotiæ, Musis sacer, quam primus Pierius Lini pater ædificavit.
Pierides, Musæ dicuntur propter Pieri montis amœnitatem.
Pierides, quoque à Pieria regione Macedoniæ.
Pierius, a, um, adject. ut Pierium carmen. *Ovid.*
Pierus, mons est Thessaliæ. *Plin.* lib. 4. cap. 8.
Pierius, pater puellarum, quæ in picas versæ sunt. *Ovid.* lib. 5. *Metam.*
Pigava, civ. est Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*
Pigelassus, urbs Cariæ: gentile Pigelasseus. *Steph.*
Piginda, vicus Cariæ: incolæ Pingindei. *Steph.*
Piginon, fluv. est. *Diod.* lib. 5.
Pigies, Halicarnasseus poëta frater Artem. *Suid.*
Pigmalion, Beli Regis Tyri filius fuit, Didonis frater.
Pigmalioneus, a, um. *Sil. Pigmalioneis quondam per cærula terris.*
Pignuntia, castellum est in Lyburnia. *Plin.* lib. 3. c. 22.
Pilores, opp. est Cretæ Mediterraneum. *Plin.* lib. 4.
Pilumnus, Jovis filius, qui pinsendi frumenti usum invenit.
Pimpla, Thraciæ mons, & locus Musis sacer: unde Pimpleides Musæ dictæ sunt. *Strab.* lib. 10.
Pimpleides Musæ, non Pipleides, ut vulgò legitur, dicuntur etiam propter liquoris fontis Pimplei unicam subtilitatem.
Pimplæus, fons est ad radices montis Libethri in Macedonia. *Strab.* lib. 14.
Pimplæus, a, um. Mart. *Cujus Pimpleo Lyra clarior exit ab antro.*
Pinamus, urbs Ægypti: gentile Pinamites. *Steph.*
Pinara, ins. est ante Ætoliam. *Plin.* lib. 4. cap. 12.
Pinara, opp. est Lyciæ. *Plin.* lib. 5. cap. 37.
Pinara, opp. est Pieriæ regionis Syriæ. *Ptol.*
Pinaritæ, pop. sunt ejusdem Syriæ, à Pinara.
Pinarus, fluv. est in Cilicia regione. *Plin.* lib. 5. cap. 27.
Pindarus, genere Thebanus, Lyricorum apud Græcos Princeps, temporibus Æschyli poëtæ.
Pindarus alius, fuit Ephesiorum tyrannus. *Ælian.*
Pindaricus, a, um. Propert. *Qualis Pindarico spiritus ore tonat.*
Pindasus, mons est in Theutrania. *Plin.* lib. 5. cap. 30.
Pindus, mons est celebris in Thessalia, Lapitharum sedes.
Pindus, urbs Tessaliæ à Pindo monte appellata. *Strab.* lib. 9.
Pindus, mons quoque est in Epiro. *Plin. in Præfatione*, lib. 4.
Pindus, fluv. est Ciliciæ. *Strab.* lib. 14.
Pinetus, civ. est in Hisp. Tarraconensi. *Ptol.*
Pinna, civ. est Vestinorum in Italia. *Ptol.* Vulgò *Citta di Penne en Abruzzo.*
Pinenses, pop. Italiæ, à Pinna. *Plin.* lib. 3. cap. 12.
Pinosa, Virgo & Martyr, filia Regis Hyberniæ, & Socia S. Ursulæ. *Surius.*
Pinquentum, opp. est Istriæ. *Plin.* Vulgò *Pinquento.*
Pinsium, Palatium Romæ est ad Collatinam portam, quæ & ob id Pinsiana porta dicta est. *Alex.* lib. 4 cap. 16.
Pintia, vel Pincia, civ. est Hisp. *Ptol.* lib. 2. cap. 6. Hodie Vallis oletana. Vulgò *Valladolid.*
Pinthia, civ. est Siciliæ. *Ptol.*
Pinton, ins. est una ex Cunicularüs, inter Sardiniam, & Corsicam.
Pintuaria, ins. est una ex Canariis.
Pinytus, nobilis Grammaticus, Romæ floruit una cum Epaphrodito, liberto Neronis. *Pausan.*
Pion, mons est juxta Ephesum. *Plin.* lib. 5. cap. 29.
Pioniæ, opp. est Theutraniæ in Mysia Asiæ, quæ, supra Caicum amnem, sita est. *Plin.* lib. 5. cap. 30.
Pionitæ, pop. sunt ejusdem regionis. *Plin. ibidem.*
Pipedimui, pop. Galliæ Aquitanicæ.
Pirea, civ. est insignis, Aminsus olim dicta. *Strab.* lib. 12.
Piresia, aut Pyresia, Thessaliæ civ. olim Asterion dicta. *Steph.*
Piræeus portus est, & emporium Atheniensium *Paus.* Vulg. *Puerto Lion.*
Pirheicus, egregius sculptor fuit in parvis imagunculis. *Prop. Pirheicus parva vindicat arte locum.*
Piritous, Rex Lapitharum, Ixionis ex Nube conjuge filius. *Ovid.*
Piroboridanæ, civ. est Mysiæ inferioris. *Ptol.*
Pirous, nomen herois cujusdam. *Hom.* lib. 4 *Iliad.*
Pirum, opp. est Daciæ. *Ptol.*
Pirus, Imbrasi filius, Rex Thracum, à Thoante interfectus in bello Trojano. *Hom Iliad.*
Pirusei, pop. sunt Dalmatiæ. *Strab.* lib. 7.
Pisa, fons est in Peloponneso. *Strab.* lib. 8.
Pisa, opp. est Elidis in Peloponneso. *Ptol.* quæ Olimpia Pila.
Pisæ, arum, quæ & Pisa, opp. est Hetruriæ in Italia, à Pisæis Peloponnesi conditum.
Pisæus, a, um, à Pisa Elidis. Luc. *Pisæa flevit in aula.*
Pisanus, a, um, à Pisis Italiæ. *Lucan.*
Pisatilis, Festo dicitur, à Pisis oriundus, citatque Nævium.
Pisander, Camireus, Eumolpi tempore, Poëta antiquior Hesiodo. *Suid.*
Pisander, Lycaonius, sub Alexandro Mammeæ versificator. (*Suid.*
Pisaurus, flumen est & opp. in Umbria. *Plin.* lib. 3. cap. 14. Vulgò *Pesaro, en marca de Ancona.*
Pisaurensis, e, à Pisauris. *Plin. Cn. Pisaurense vendente.*
Pisenæ, arum, opp. est Provinciæ Narbonensis. *Plin.*
Pisenor, unus è Centauris, Ixionis & Nubis filius. *Ovid.*
Piseus, Thyrrenus, qui tubam invenisse dicitur. *Plin.* lib. 7. cap. 36.
Pisidia, Regio est in Asia minori propè Ciliciam.
Pisidiæ, arum, populi sunt ejusdem regionis. *Plin.* lib. 20. cap. 27.
Pisinares, pop. Umbriæ, qui interierunt. *Plin.* lib. 3. cap. 14.
Pisinda, opp. est Africæ inter Syrtes. *Ptol.*
Pisinda, civ. est Pamphyliæ. *Ptol.*
Pisindon, portus est Syrtis parvæ in Africa. *Ptol.*
Pisingara, civ. est Armeniæ minoris. *Ptol.*
Pisino, una est Syrenarum.
Pisinus, opp. est Phrygiæ: forsan Pessinus.
Pisis, urbs & mons Armeniæ: civis Pisideæus. *Steph.*
Pisistratus, Atheniensis tyrannus, clarus genere & eloquentia. *Justinus.* lib. 1.
Pisistratus alter, Larisiæus, historicus, commemoratur à Suid.

Pisistratus alius, fuit filius Nestoris, & Euridices.
Pisones, cognominati sunt quidam Romani nobiles.
Pisones dicti, quòd optimè pisa sererent; sicut à lente Lentuli.
Pisones, à Calphurniorum, prosapia fuere, quæ à Numa descendit.
Pissirus, urbs est Thraciæ. *Herod.* lib. 7.
Pistorium, opp. est Mediterraneum Tusciæ. *Plin.* lib. 3. cap. 5. Vulgò *Pistoya.*
Pistorienses, à Pistorio opp. *Plaut. Opus est Pistoriensibus.*
Pistra, vicus est Æthiopiæ sub Ægypto. *Ptol.*
Pistris, nomen navis. *Virg.* lib. 5. *Æneid.*
Pistris, sidus cœleste, quod Cætus & Pistrix dicitur.
Pisuertes, cognomine Pituliani, pop. Umbriæ in Italia.
Pitalium, opp. est Cariæ. *Plin.* lib. 5. cap. 29.
Pitane, opp. Laconiæ regionis, cujus incolæ Pitanatæ.
Pitane, opp. est Æolidis regionis, ab Amazonibus conditum: incolæ Pitanæi, & Pitanitæ. *Diod.* lib. 4.
Pitanus, fluv. est Corsicæ insulæ. *Ptol.*
Pitapolis, urbs est Cariæ: gentile Pitapolites. *Steph.*
Pithecusa, ins. est in mari Tusco, quæ & Inarime.
Pitheiconcolpos, id est *Simiarum sinus,* portus in Lybia juxta Carthaginem. *Steph.*
Pithinum, civ. est Umbrorum in Italia. *Ptol.*
Pithous, dea persuasionis credita est, quam Ennius Suadam, Horatius Suadelam, Quintilianus persuadendi deam dicit.
Pithodemus, luctator egregius. *Plin.* lib. 34 cap. 8.
Pitholion, ontis, Rhodus poëta trivialis, & abjectus. *Horat.*
Pithoissa, urbs Lycaoniæ: gentile Pithisseus. *Steph.*
Pithoriæ, ins. est propè Corcyram.
Pitaccus, Philosophus Mitylenæus, unus è sapientibus tempore Crœsi Regis.
Pittheus avus maternus Thesei, qui Trœzene regnavit, hinc Pittheis, patronymicum fœmininum, & Pittheius, a, um.
Pitulum, opp. fuit Latii, quod interiit. *Plin.* lib. 3. cap. 5.
Pitulani Pisuertes, pop. sunt Umbriæ in Italia. *Plin.*
Pitulani Mægentini, pop. quoque sunt Umbriæ. *Plin.*
Pityca, urbs inter Parium, & Priapum. *Steph.*
Pityusæ, ins. sunt in mari Balearico. *Ptol.*
Pityusa, ins. est in sinu Argolico. *Plin.* lib. 4. cap. 12.
Pityusa, priùs dicta, quæ posteà Lampsacus. *Steph.*
Pityusa, ins. priùs dicta, quæ posteà Chios. Vulg. *Scio.*
Pius, Pont. Romanus, anno 156
Pius II. Pont. Romanus, anno 1458.
Pius III. Pont. Romanus, anno 1503.
Pius IV. Pont. Romanus, anno 1559.
Pius V. Pont. Romanus, anno 1566.

P ANTE L.

Place, urbs Hellesponti: civis Placius. *Steph.*
Placentia, colonia est Liguriæ ad Trebium amnem. *Plin.* l. 3. cap. 15. Vulgò *Placenza.*
Placentinus, a, um. Cic. *Meminit Tinam. Placentinum.*
Plachiæ, ins. sunt propè Cretam. *Plin.* lib. 4. cap. 12
Placia, civ. est propè Cyzicum Milesiorum. *Plin.* lib 5. c. ult.
Placidejanus, pictor apud *Horatium.* 2. *Serm. Satyr.* 7.
Plactæ, ins. sunt, Homero Auctore.
Pladarei, pop. Septentrionales: gentile Pladareus, vel Pladarites. *Steph.*
Planaria, ins. est propè Corsicam sic à specie dicta.
Planasia, ins. adjacens Provinciæ Narbon. *Strab.* lib. 4.
Planeus, Romanus quidam qui Lugdunum condidit.
Planesia, ins. est contra Dianium Hispaniæ opp. *Strab.*
Plangeses, pop. fuerunt in Umbria. *Plin.* lib. 3. cap. 14.
Platei, pop. Epiri. *Steph.*
Platassa, urbs Cariæ: gentile Platassæus. *Steph.*
Platage, ins. eadem, quæ Patage. Vulgò *Mergine.*
Platamodes, locus est Peloponneso. *Strab.* lib 8.
Plataanistrum, opp. Pamphyliæ. *Plin.* lib. 5. cap. 27.
Platanistus, untis. prom. est Elidis. *Plin.* lib. 5. cap. 4.
Platanodes, Achajæ promontorium.
Platanos, urbs Phœniciæ: gentile Platanæus. *Steph.*
Platea, ins. est una è Cycladibus, quam posteà Paron, & Minoida appellarunt. *Plin.* Vulgò *Pario.*
Platea, ins. Africæ opposita ad Cyrenem. *Herm.* lib. 4.
Plateæ, civ. est Bœotiæ in Acaja. *Strab.* lib. 9.
Plateæ, tres sunt contra Troadem. *Plin.* lib. 5 cap. 31.
Platæensis, à Plateis. *Trog.* lib. 5 *Her.* lib. 7. & 8.
Platina, homo doctus, & antiquitatum studiosus, scripsit de vita, & moribus Pontificum Romanorum. *Alex.* lib. 3. cap. 9.
Plato, Philosophus ab humerorum latitudine ita dictus.
Plato, natus Athenis, eo die quo apud Delon Apollo.
Plato alter, Atheniensis poëta tempore Aristophanis, & Eupolis, cujus fabulas commemorat *Suidas.*
Plato alius, Rhodius Philosophus discipulus Panætii. *Diog. Laert.*
Plato, Philosophus Peripateticus, ex Aristotelis ludo. *Idem.*
Plato, præterea Praxiphanis discipulus. *Diogen.*
Platonicus, a, um, quod Platonis est.
Plautus, ita dictus a pedum planitie, poëta comicus, cujus meminit post Varronem. *Gel.* lib. 3. cap. 3.
Plautinus, a, um, à Plauto, quod Plauti est.
Plegia, civ. est Paphlagoniæ in Galatia. *Ptol.*
Plejas, dicta est Maja septem Plejadum splendidissima.
Plejades, septem sorores fuere Lycurgiæ filiæ ex Naxo insula.
Plejades, quia Liberum educaverunt, à Jove inter sidera re atæ fu sae dicuntur.
Plejadum nomina sunt Electra, Halcyone, Celæno, Maja, Asterope, Taygete, Merope.
Plejades dictæ, & verni temporis significatione quæ oriuntur: Latinè Vergiliæ.
Plejone, Nympha Oceani & Tethyos filia, Atlantis uxor, è qua Plejadens suscepit.
Plemmyrium, opp. est Siciliæ contra Ortygiam. *Virg.* Vulgò *Cabo Massa Ulivieri.*
Plemmyrium, idem significat quod *undosum. Serv.* 3 *Æneid.*
Pleumares, civ. est Ponti Gallaciæ in Cappadocia. *Ptol.*
Pleumosii, pop. sunt Galliæ Belgicæ Talg. *Los de Curtray en Flandes.*
Pleuron, civ. est Ætoliæ, Meleagri patria. *Plin.* lib. 4. cap. 2.
Pleuronius, a, um, ut Pleuronius Agmon. *Ovid.* lib. 14.
Pleutani, pop. sunt Hisp. citerioris. *Strab.* lib. 3.
Plexaura, Nympha fuit, Oceani & Tethyos filia *Hesiod.*
Plinienses, pop. sunt Piceni in Italia. *Plin.*
Plinius Secundus, Veronensis, temporibus Vespasiani vixit, cujus negotia administrabat, periit incendio Vesubii, ejus causam indagare cupiens.
Plintina, præfectura est in Marmarica Ægypto. *Ptol.*
Plisthenes, Pelopis fuit ex Hippodamia filius.
Plistarchia, urbs, Cariæ, quæ & Heraclea: gentile Plistarchites. *Steph.*
Plotæ, duæ sunt insulæ, quæ alio nomine dicuntur Strophades. Vulgò *Stribali.*
Plothia, vicus in tribu Ægeide. *Steph.*
Plotani, Trojani Cæsaris conjux, probitate & sanctitate, omnibusque virtutibus insignis.
Plotinus, Philosophus Platonicus, Ægyptius natione, præceptor Porphyrii fuit. *Suid.*
Plotius, Gallus patria Lugdunensis, dicendi præceptor. *Cic.*
Plubium, civ. est Sardiniæ ins. *Ptol.*
Plubitalia, ins. est una ex Canariis *Ptol.*
Plutarchus, Chæronensis Philosophus, qui Trajani temporibus floruit, vir multijuga eruditione mirabilis.
Plutarchus alter, Nestorii filius, præceptor Syriani, tempore Juliani Principis. *Suid.*
Pluto, Saturni fuit filius ex Ope conjuge, qui & Diis dicitur, frater Jovis, atque Neptuni: & à poëtis inferorum Rex fingitur.
Plutonius, a, um. Horat. *Et domus exilis Plutonia, &c.*
Plutones, pop. sunt Scythiæ. *Diod.* lib. 3.
Pluvicus, fluv. Venetiæ Vulgò *Piavico.*
Plynus, portus est in Africa in ora maris nostri. *Her.*

P ANTE N.

Pnigens, villa est Ægypti in præfectura Lybica. *Ptol.*
Pnyx, forum, sive locus judicii Athenis. *Steph.*

P ANTE O.

Podalirius, filius fuit Æsculapii, & frater Machaonis.

Podalirius, Itali cujusdam nomen. *Virg.* lib. 12. *Æneid.*
Podalea, civ. est regionis Lyciæ. *Ptol.*
Podarge, una fuit Harpyiarum.
Poësa, opp. fuit Ceæ insulæ: civis Poëssius. *Steph.*
Pœan, Philoctetis pater: undè Philoctetes Pœantius dicitur.
Pœcilasium, civ. est Cretæ ins. *Ptol.* Vulgò *Paulalo.*
Pœcile, porticus Athenis, in qua Stoici philosophabantur. *Plin.* lib. 35. cap. 9.
Pœcile, porticus quoque fuit in Elide, quæ Heptaphonos dicta est, quia septies vox in ea reddebatur. *Plin. ibid.*
Pœdicum, opp. Norici. *Ptol.* Vulg. *Pasau.*
Pœdici, sive Pediculi, pop. sunt Italiæ.
Pœcessa priùs dicta, quæ posteà Rhodus *Plin.* lib. 5. cap. 31.
Pœdi, pop. Asiæ, qui in exercitu Xerxis erant. *Herod.*
Pœnicus, a, um, pro Punicus, a, um. *Varr.* Pœnica lingua.
Pœnicus, mons est Italiæ. Vulgò *Mante Mayor de S. Bernardo.*
Pœnicus, lacus est juxta Padum. *Ptol.*
Pœni, quasi Phœni, quia à Phœnicibus orti. *Serv.*
Pœnus, a, um. *Stat. Pœnas Bragada scripsit in agros.*
Pœnus, a, um, differt à Punicus & Pœnicus.
Pœones, pop. sunt Macedoniæ omnibus noti.
Pœonia, regio est Macedoniæ finitima.
Pœones, pop. sunt Thraciæ. *Herod.* lib. 7.
Pœria, territorium Momoniarum in Hybernia, & titulus Vicecomitis.
Pogla, civ. est Carbaliç in Pamphylia. *Ptol.*
Pola, civ. est Istriç Romanorum colonia, à Colchis condita. *Plin. Pietas Julia* dicitur.
Polaticus, sinus est juxta Polam Istriç civ. Vulgò *Golfo de Carner.*
Polemon, Atheniensis Philosophus, prima adolescentia lascivus, posteà ex Xenocratis oratione pudicus.
Polemon Heliadicus, historicus Panætii discipulus. *Suid.*
Polemon alius, à Laodiceæa Cariæ, Smyrnæ vixit, ac docuit.
Polemoniacus pontus, regio est Cappadociæ. *Ptol.*
Polemonium, civ. est Ponti in Cappadocia. *Ptol.* Vulg. *Leon.* Gentile Polemonicus.
Poleudos, ins. est propè Thraciam Chersonesum.
Polites, Priami filius ex Hecuba, quem Pyrrhus interfecit.
Polentia, opp. est Liguriæ ad Apenninum. *Ptol.* Vulg. *Palanza.*
Poila, mulier doctissima, uxor Lucani poëtæ. *Papin. in Sylv.*
Pollentia, civ. est in majori Baleari. *Ptol.*
Pollensia, dea potentiæ, quæ à Romanis colebatur.
Pollentini, pop. sunt in Piceno. *Plin.* lib. 3.
Pollentinus, a, um. *Claud. Jam Pollentini tenuatus funere campi.*
Polies, viri proprium. *Cic. in Atticum*, lib. 13.
Pollustini, pop. fuerunt Latii, qui interierunt. *Plin.* lib. 3.
Pollux, filius fuit Jovis & Lædæ, frater Castoris.
Pollux Julius, Naucratita, Grammaticus fuit sub Commodo Principe, scripsit Onomasticon. *Suid.*
Pollux, Agrigentinus sophista, Gorgiæ auditor. *Suid.*
Polyandus, civ. est Armeniæ minoris. *Ptol.*
Polyara, urbs Cariæ: civis Polyaræus. *Steph.*
Polybii, ins. adjacens est Arabiæ Fœlici. *Ptol.*
Polybius, historicus ex Megalopoli Arcadiæ civitate.
Polycarpus, viri prop. quasi *multi fructus*, vel *fructuosus.*
Polycaste, filius fuit Nestoris. *Homer.*
Polychna, civ. est in Attica. *Strab.*
Polychnei, pop. sunt Æolidis. *Plin.* lib. 5. cap. 30.
Polychnitani, pop. sunt Cretæ ins. *Herod.* lib. 7.
Polycletus, insignis statuarius. *Quintilian.*
Polycrates, tyranni proprium in Samo ins. ab Oronte Persarum Satrapa suspensus. *Strab.*
Polycrates, Ephesiorum præsul tempore Severi Principis.
Polidamas, Trojanus, Atenoris Theanûs filius.
Polydectes, Magnetis filius, Rex Serephi ins. *Ovid.*
Polydora, Nympha, Oceani & Tethyos filia. *Hesiod.*
Polydora, ins. est Propontidis. *Plin.* lib. 5. cap. ult.
Polydorus, pen. prod. Latinè significat *multa donans.*
Polydorus, Priami fuit filius, quem Polymnester interfecit.
Polydorus alius, Priami filius, ex Laothoê Altæli Regis filia, quem Achilles interemit.

Polydoreus, a, um. *Ovid. Et Polydoreo manantem sanguine terram.*
Polyegus, ins. est una Sporadibus, à Caprarum multitudine dicta. *Plin.* lib. 4. cap. 12. Vulgò *Policrando.*
Polyænus, Sardianus sophista tempore Cæsaris Dictatoris.
Polyænus alter, genere Macedo, qui de Thebis scripsit. *Suid.*
Polygnotus, pictor antiquissimus, primus mulieres lucida veste pinxit. *Plin.* lib. 35. cap. 9.
Polyhistor, Appion appellatus fuit, quasi *multicius Gell.* lib. 5. cap. 14.
Polymedia, opp. fuit Troadis. *Plin.* lib. 5. cap. 3.
Polymnestor, Rex Thracum, qui Polydorum filium Priami auri cupiditate interfecit. *Virg.*
Polymnia, una ex Musis. Aliqui legunt Polyhymnia.
Polynices, Oedipi Thebanorum Regis filius, Eteoclis frater.
Polyphemus, Cyclops. Neptuni filius. *Hom. in Odiss.*
Polypodusa, ins. Gnidia: gentile Polypodusius. *Steph.*
Polypoëtes, filius Pirithoi & Hippodamiæ. *Hom.*
Polyrrhenia, opp. est Cretæ mediterraneum. *Ptol.*
Polystephanos, olim dicebatur Lybrus, Italiæ urbs. *Steph.*
Polystephanum, civ. est in Italia. *Strab.*
Polysthephanus, Græcus fuit historicus non parva auctoritate inter Scriptores veteros. Vide *Gell.* lib. 9. cap. 11.
Polytes, Priami filius ex Hecuba, à Pyrrho interfectus.
Polytorium, opp. fuit in Latio, quod interiit. *Plin.* l. 3. cap. 5.
Polyxena, Priami filia formosissima, ex Hecuba conjuge.
Polyxenius, a, um, ut cædes Polyxenia. *Catul.*
Polyxenus inter Græcorum Duces numeratur. *Hom.* 2. *Iliad.*
Polyxous, una Amazonum, & Apollinis vates. *Stat.* 5. *Theb.*
Polyxo, Tlepomi uxor, ad quam Helena confugit. *Steph.*
Polyzelus, Poëta comicus, cujus fabulas enumerat Suidas.
Pometia, opp. est Latii, quod interiit. *Plin.* lib. 8 cap. 5.
Pometinus, a, um. *Cat.* Apud priscos (inquit) Pometinos.
Pomonia, dea fuit pomorum: sicut Mellona dea mellis.
Pompeii, pop. dicuntur, quos Sarnus amnis aluit.
Pompejanus, i, prædium circa Pompejos. *Colum.*
Pompejanus, a, um, ut triumphi Pompejani. *Lucan.* lib. 3.
Pompeii, civ. Campaniæ, non procul à Puteolis. *Pomp.*
Pompeii trophæa, locus Hisp. apud Iberum
Pompejopolis, civ. est Ciliciæ, quæ priùs Solcé.
Pompejonenses, civis Pompejopolis hujus.
Pompejopolis, civ. quæ priùs Eupateria. *Plin.*
Pompejopolis, quæ priùs Heliopolis in Cilicia.
Q. Pompejus contra Numantinos missus, & ab eis superatus, ignominiosam pacem fecit. *Florus.*
Cn. Pompejus, magni Pompeii pater. *Strab.*
Cn. Pompejus, præcedentis filius, qui Jarbam Regem cœpit, quare Magnus ab exercitu salutatus est
Pompejii, ejus filii, quorum alter apud Mundam à Cæsare in Hispan., alter in Sicilia ab Augusta est victus.
Q. Pompejus Rufus, Syllæ è filia nepos, Tribunus plebis cum T. Numatio Planco, Miloni adversissimus.
Q. Pompejus, qui Bithynicus dictus, summo dicendi studio, multaque doctrina valuit. *Cicer.*
Pompelon, opp. Hispaniæ, quod à Ptolomæo Vasconibus annumeratur. Hodie Regni Navarræ caput. Vulg. *Pamplona*
Pompilius, secundus Romanorum Rex, qui & Numa dicitur.
Pomponia, mater Scipionis, quæ aliis Pompeja dicitur.
Pomponius Atticus, nobilis eques Romanus, Ciceronis amicus.
Pomponii quoque duo fuere Ciceronis tempore: quorum alter.
L. Pomponius Bononiensis, quem numquam ructasse ait *Sol.*
Cn. Pomponius alter, orator acerbus in dicendo. *Cic. in Orat.*
Pomponius secundus, tragices tempore Quintilliani.
Pomponius Jurisconsultus, & Pandectarum libris notissimus.
Pomponius Mela, Hispanus, insignis opera de *Situ orbis* clarissimus.
Poneropolis, civ. est Thraciæ. *Plin.* lib. 4. cap. 11.
Pontanum, opp. Ultoniæ in Hybernia. Vide *Druda.*
Ponteris, civ. est Æthiopiæ sub Ægypto. *Ptol.*
Pontia, insula est adjacens Africæ. *Ptol.*
Pontiæ, ins. sunt in mari Tusco. *Plin.* lib. 3. cap. 9.
Pontia, insula adjacens Italiæ contra Veliam. Vulgò *Ponza.*

Pontia, urbs ad quam pontonibus trajiciebatur.
Pontianus, Romanus Pontifex, anno 231.
Ponticus, Poëta quidam, qui de bello Thebano, scripsit. *Propert.*
Pontificense, quod & Obulco, opp. est Bæticæ. *Plin.* lib. 3. Vulgò *Ubeda.*
Pontina. palus in Italia, posteà à Cethego exsiccata est, & ex ea factus est ager. Vulgò *Li Marruti.*
Pontinus, vir laborum, perticulorum, conciliorum, Cic. socius.
Pontus, Nerei filius, & Neptuni. *Euseb. lib.* 1. *de Præp.*
Pontus, propriè appellatur, quod à Palude Mœotidis in Tenedum usque protenditur.
Pontus, Bithyniæ regio in Asia minori, à Ponto Rege.
Pontus Galaticus, regio est Cappadociæ. *Ptol.*
Pontus Euxinus, mare est, quod nunc nautæ mare magnum vocant. Vulgò *Mar Mayor.*
Pontici, pop. sunt Ponti accolæ.
Ponticus, a, um, ut Ponticum absinthium apud *Colum.*
Popannium, urbs Tyrrhenorum. *Aristt. in marib.*
Populi, diversi à Pompiliis leguntur, quorum Princeps M. Pompulius, legatus ad Antiochum, qui Ptolemæum Regem Romani populi amicum obsederat. *Liv.* lib. 45.
Populius Lanatus, qui Ciceronem patronum suum in causa capitis elegit. *Valer. Maxim.*
Populonia, civ. est Hetruriæ juxta Pisas. Vulgò *Pionbino.*
Populoniensis, e. *Liv. Populonienses ferrum, Tarquinenses lintea, &c.*
Populonium, Tuscorum promont. *Ptol.* Vulgò *Cabo de Campaña*, aliis *Puerto baratto.*
Poratia, fluv. est in Istrum defluens. *Herod.* lib. 4.
Portia nomen mulieris Romanæ, cujus fuit sententia: *Casta matrona non nisi semel nubit.*
Porcifera, fluv. est Liguriæ. *Plin.* lib. 3. cap. 5. Vulgò *Pozzevera.*
Porcius, cognomen fuit Catonis Censorii, tractum à posco.
Pordoselene, ins. est ante Ephesum. *Plin.* lib. 5. cap. 31.
Poritus, fluv. est Sarmatiæ in Europa. *Ptol.*
Porolislum, opp. est in Dacia. *Ptol.*
Porphyrion, Gigantis cujusdam nomen. *Claud.*
Porphyrion, viri proprium, qui Horatium commentatus est.
Porphyrione, insula est in Propontide ante Cyzicum. *Plin.* lib. 5. cap. ult.
Porphyris, ins. in sinu Laconico, quæ posteà Cythera. *Plin.* lib. 4. cap. 12. Vulgò *Cerigo.*
Porphyris, ins. priùs dicta, quæ posteà Nisyros. *Plin.* lib. 5. cap. 3. Vulgò *Nisaro.*
Porphyris, ins. priùs dicta, quæ posteà Scyros. Vulg. *Scyro.*
Porphyrite, opp. Arabiæ Ægypto conterminæ. *Steph.*
Porphyrius, Philosophus Tirius, priùs Malchus, deindè ob vestem purpuream Porphyrius appellatus.
Porsena, Rex Hetruriæ, qui Romam urbem obsedit.
Porta Augusta, civ. est Hisp. *Ptol.* Vulgò *Torquemada.*
Portacra, civ. est in Taurica Chersoneso. *Ptol.*
Porta, Romæ Trigemina, Saturnia, Carmentalis, & Mugonia.
Portæ montis Tauri, Armeniæ, Caspiæ, Ciliciæ.
Porthmia, vicus ante ostium Mæotidis: gentile Porthmiæus.
Porthmos, i, fretum, opp. est Eubœæ ins. *Plin.* lib. 4.
Porthmos, propriè dicitur fretum Calpes. *Plin.* Vulgò *Estrecho de Gibraltar.*
Portlisia, opp. Lageniæ in Hybernia. *Ocabasa vind.* 2.
Portunata, ins. est opp. in Illyrico.
Portunus, deus marinus, sic à portubus quibus præest dictus.
Portunalia, sunt dies Ponto dicati.
Portupana, civ. est Persidis. *Ptol.*
Portus Apollinis Præsti, est in Locris Ozolis. *Plin.* lib. 4.
Portus Aunibalis, est in Hisp. citeriori. *Pompon.* lib. 3. c. 1. Vulgò *Albor.*
Portus Delphini est in Liguria. *Plin.* lib. 3. cap. 5. Vulgò *Puerto fino.*
Portus dulcis, est in Epiro. *Strab.* lib. 7.
Portus Herculis est in littore Brutio. *Plin.* lib. 3. c. 5. Vulg. *Puerto de Hercules en la Toscana.*
Portus magnus, est in Hisp. *Ptol.* Vulgò *Albufera.*
Portus magnus, est etiam in Mauritania Cæsariensi. *Ptol.*
Portus Mnestei, est in Bætica. *Strab.* l. 3. Vulgò *Puerto de Santa Maria.*
Portus mulierum, est in Thracia propè Bosphorum.
Portus Naonis, opp. Carnorum in Italia. Vulgò *Pordono.*
Portus profundus, est in Bœotia. *Strab.* lib. 9.
Portus sacer, est quoque in Bœotia. *Strab. lib. eodem.*
Portus senum, est in Thracia. *Plin.*
Portus veneris est in Pyrenæo juxta illius templum. *Pompon.* Vulgò *Puerto Vendres.*
Portus Rex Indiæ fuit. quem Alexander devicit.
Porusii, pop. sunt Mauritaniæ. *Plin.*
Posidæus, canalis ad Alexandriam. *Solin.*
Posidea, civ. est in Æolide. *Plin.*
Posideum, Joniæ promont. & oppidum est *Pomp.* lib. 3.
Posidippus Casandræus comicus, docuit triginta fabulas. *Suid.*
Posidum, civ. est Thesprotiorum in Epiro. *Ptol.*
Posidium, opp. est Syriæ regionis. *Ptol.* Vulg. *Paulo.*
Posidium, opp. est Ponti, & Bithyniæ. *Ptol.*
Posidium, opp. est Phthiotidis in Macedonia. *Ptol.*
Posidium, opp. est Carpathi ins. *Ptol.*
Posidium, promont. est Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Posidium, opp. es Chii. ins. *Ptol.* (lib. 8.
Posidium, sive Neptunium, locus est in Peloponneso. *Strab.*
Posidium, opp. est Cariæ. *Strab.* lib. 14.
Posidonia, olim vocabatur Trœzen, Peloponnesi urbs.
Posidonia, civ. est Lucaniæ. *Strab.* Vulgò *Policastro.*
Posidonius, Philosophus Apamiensis ex Syria, discipulus & successor Panætii. *Strab.* lib. 14.
Posidonius, Olbiopolita, scripsit post Polybium historiam, lib. 52. usque ad bellum Cyrenaicum. *Suid.*
Posidonius, Africæ præsul, Augustini contubernalis, cujus etiam vitam scripsit.
Posthumia, Servii Sulpicii uxor, cujus sæpè meminit. *Cicer.*
Posthumia, alia mulier bibacissima, de qua *Catul.*
Posthumius Tubertus, Magister equitum, de Volscis triumphavit. *Liv.* lib. 4.
Posthumius Albinus, auro à Jugurtha est corruptus patriam magno damno affecit. *Sallust.* & *Liv.* lib. 64.
L. Posthumius à Boiis cum exercitu fuit profligatus, & obtruncatus. *Liv.* 23.
Posthmus, qui & Sylvius, filius fuit Æneæ ex Lavinia.
Postgia, civ. est in Taurica Chersoneso. *Ptol.*
Postuorta, dea erat Romanorum quæ futura prospiceret. *Macrob.*
Potamus, opp. & Potami, pop. Atticæ. *Plin.* lib. 4. cap. 7.
Potana ab Alexandro ad Indum condita. *Diod.*
Potentia, civ. est Piceni. *Cic. de Arusp. resp.*
Potentia, civit. est Lucanorum in Italia. *Ptolem.* Vulgò *Potenza en Bazilicata.*
Potentini, pop. sunt Lucanorum in Italia. *Plin.* lib. 5.
Potercus, fluv. Cretæ inter Gnoson & Gortynam.
Poticara, civ. est Persidis regionis. *Ptol.*
Potidæa, civ. Macedoniæ, quæ posteà Cassandria. *Plin.*
Potidania, urbs Ætoliæ: gentile Potidanietes. *Steph.*
Potina, fons est propè Thebas Bœotias. *Strab.*
Potina, opp. est Bœotiæ, ex quo Glaucus fuit, & à quo Potineus dictus. *Steph.*
Potina, dea quam veteres à potando dixerunt, & puerorum potui præsidêre.
Potitius, & Pinarius, Sacerdotes fuerunt Herculis: à quibus Potitiorum, & Pinariorum familiæ genus & nomen habent.
Potnia, urbs in Bœotia, non longè à Thebis.
Potniolicus, a, um adjectivum. *Plin.* lib. 36.
Potniades, quadrigæ apud *Virg.* 3. *Georg.*

P ANTE R.

Prabasa, urbs Atropatianæ: gentile Prabasenus. *Steph.*
Pracana, civit. est Sarmatiæ in Europa.
Practius, fluvius est Troadis, in Hellespontum influens. *Strab.* & *Homer.*
Pracnium, civ. est Galliæ. *Ptol.*
Prægutii, pop. Italiæ qui Marsis magis Orientales sunt: hodie Pracutini.

Præ-

Præneste, opp. est Latii mediterraneum. Vulgò *Palestrina.*
Prænostini, pop. Prænestis incolæ. *Cic.* 2. *de Divin.*
Prænestinus, a, um, possesivum, ut Prænestinæ bracteæ. *Plin.*
Prænussum, opp. est in Italia. *Strab.* lib. 5.
Præpenissus, civ. est Mediterran. Mysiæ superioris. *Ptol.*
Præpesinthus, ins. est una è Cycladibus. *Plin.* lib. 4. cap. 12.
Præsus, urbs Crætæ: gentile Præsius, & Præses. *Steph.*
Prætoria Augusta, civ. est in Dacia. *Ptol.*
Prætorium, oppidum est in Pannonia superiori. *Ptol.*
Prættanice, à Græcis dicitur, quam nos Britannia appellamus.
Prætutium, opp. est in Piceno. *Ptol.* Inde.
Prætutianus, a, um, ut Prætutianus ager. *Plin.*
Prætutius, a, um. *Sil. domitas Prætutia pubes.*
Pras, urbs Perrhæbiæ: gentile Parentes. *Steph.*
Prasi, civ. est in Attica regione. *Strab.* lib. 9.
Prasias, palus est Pæoniæ. *Herod.* lib. 5.
Prasidium, civ. in Thracia. *Ptol.*
Prasii, pop. sunt Indiæ. *Plin.* 6. cap. 19.
Prassum, prom. est Æthiopiæ sub Ægypto.
Prasum, opp. est Cretæ. *Strab.* lib. 10.
Prasii, pop. sunt ejusdem Cretæ. *Strab.* lib. 10.
Pratosa, civ. est in Peloponneso. *Strab.*
Pratum mellis, opp. Momoniarum in Hybernia. Vide Clommelia.
Prausi, pop. sunt in Gallia Narbonensi.
Praxaspes, Persa nobilis, qui Smerdim Cambysæ fratrem jussu regis occidit, & posteà se ex turri præcipitem dedit *Herod.* lib. 3.
Praxidice, Nympha, quæ ex Tremilete filium habuit Cragum, qui Lyciæ monti nomen dedit. *Steph.*
Praxilux, urbs Macedoniæ: gentile Praxilius. *Steph.*
Praxiteles, statuarius marmore nobilitatus, & præcipuè duplici Venere, Gnidia & Coa. *Plin.* lib. 34. cap. 8.
Præciani, pop. Aquitani. *Cæs. de Bel. Gal.*
Precius, lacus est *Ciceroni* in *orat.* pro *Milone.*
Priamus, Rex Trojæ, Laomedontis Regis Trojanorum filius à Pyrrho propè aram Jovis occisus.
Priamus alius, Politæ filius, superioris nepos. *Virg.*
Priameius, a, um, 5. syllabarum, ut conjux Priameja, id est, Hecuba.
Priamides. Virg. *Priamidem laniatum corpore toto.*
Priameja, carmen obscenum, quod alii Virgilio, alii Ovidio, ali aliis adscribunt.
Priaponnesus, ins. est in sinu Ceramico. *Plin.* lib. 5. cap. 32.
Priapus, Bacchi, ac Veneris filius, hortorum deus creditus est.
Priapus, urbs est Hellesponti. *Plin.* lib. 5. cap. 32.
Priapus, ins. est contra Ephesum. *Plin.* lib. 5. cap. 31.
Priene, opp. est Joniæ regionis. *Strab.* lib. 12.
Priene, ab Amazonibus condita. *Diod.* lib. 4.
Prienæus, sive Prienensis; qui est ex illo oppido.
Prilles, fluv. est in Hetruria. *Plin.* lib. 3. cap. 5.
Primis parva, & Primis magna, vici Æthiopiæ Ægypti. *Ptol.*
Prinassus, urbs Cariæ: gentile Prinnasseus. *Steph.*
Prinessa, ins. est inter Leucadiam & Achajam. *Plin.* lib. 4.
Priola, urbs propè Heracleam: gentile Priolæus. *Steph.*
Prion, flumen est in Arabia Fœlici. *Ptol.*
Prion, mons est ins. Coo, propè Rhodum. *Plin.* lib. 3.
Priscianus, Cæsariensis, scripsit de Arte Grammatica, & alia.
Priscilianus, hæreticus quidam. Vide Divum Isidorum, 24. quæst. 3. cap. Quidem. §. Priscillianistæ.
Priscilianistæ dicebantur sectatores Prisciliani.
Priscus Helvidius, sub Nerone quæstor Achajam administravit. *Tacitus* & *Probus.*
Priscus, Panites genere, scripsit historiam Constantinopolitanam, & Attilæ libros 8. *Suid.*
Privernum, opp. est mediterr. in Latio. *Ptol.* Vulgò *Piperno.*
Privernates, incolæ sunt Priverni. *Plin.* lib. 3. cap. 5.
Privernas, atis, ut Privernatia vina. *Plin.* lib. 14. cap. 16.
Privernus, viri proprium apud *Maronem* lib. 9
Proana, urbs Thessaliæ: gentile Proanæus. *Steph.*
Proana, urbs Mellensium: incolæ Proanii. *Steph.*
Probalinthus, opp. fuit in Attica regione. *Plin.* lib. 4. cap. 7. Inde Probalinthus. *Steph.*
Probus Berytius, Grammaticus, Romæ docuit. *Suet.*
Probus Hybernus, scripsit vitam S. Patricii. *Possev.*
Procax, Rex Albanorum, qui Amulium, & Numitorem filios habuit. *Virg.* lib. 6.
Prochtya, ins. est in sinu Puteolano, dicta quasi profusa. Vulg. *Procida.*
Procle, urbs Lydiæ: gentile Procleus. *Steph.*
Procli, ins. est deserta post Sunium, juxta Laurion. *Pausan.*
Proclus, Lycius, discipulus Syriani, Philosophus Platonibus, cujus Comment. in Plat. habemus.
Proclus, Malleotis patria, scripsit in Sophismata Diogenis, & contra Epicurum. *Steph.*
Proclus, cognomento Proculejus scripsit in Pandore fabulam Hesiodi, & alia quædam Geomatrica.
Proclus, Naucratita, quem unum è suis præceptoribus fuisse, memorat Philostratus.
Proconnesus, ins. est in Propontide ante Cyzicum. Vulg. *Marmora.*
Proconnesus, opp. est minoris Asiæ. *Herod.* lib. 6.
Proconnesius, a, um. *Herod.* Metrodorus Proconnesius dux ab Hellesponto. *Plin.* lib. 5. *cap. ult.*
Procopius, è Cæsarea Palestinæ orator & sophista, scripsit res gestas Justiniani Principis, cujus scriba fuit.
Procris, uxor fuit Cephali, Iphidis filia. *Ovid.* 7. *Metam.*
Procrustes, latro insignis in Attica regione. *Plutarc.*
Proculejus, eques fuit Romanus, Augusti amicissimus. *Plut.*
Proculus, cognomen ejus, qui sit à patria *procul.*
Procuse, ins. est circa Ephesum. *Plin.* lib. 5. cap. 31.
Procyn, stella quæ & Syrius dicitur. *Plin.* lib. 18. cap. 58.
Proerna, civ. est Thessaliæ. *Strab.* lib. 9.
Prœtides, Thebarum porcæ sunt Lege Aldum in Pati.
Prœtides Prœti filiæ, poëtarum carminibus celebratæ.
Prœtus, Abantis Regis Argivorum filius, cui succesit in Regno. *Hom. Odiss.* 11.
Progassea, urbs Lydiæ, Progasso Melampolis filio. *Steph.*
Progne, Pandionis Atheniensium Regis filia, quæ Tereo Thracum Regi matrimonio juncta est. *Ovid.* lib. 6. *Metam.*
Progne, ins. est contra Rhodum. *Plin.* lib. 5. cap. 31.
Promatica, civ. est Mysiæ inferioris. *Ptol.*
Prometheus, filius Japeti fuit, & pater Deucalionis. *Serv.*
Promontorium album, est in Phœnice. *Plin.* lib. 5. cap. 19.
Promontorium Apollinis, est in Mauritania Cesariensi.
Promontorium candidum, est in Africa. *Solin.* cap. 40.
Promontorium Mercurii, est in eadem Africa. *Solin.* c. 40.
Promontorium Sacrum, est in Lusitania, Vulg. *Cabo de S. Vicente.*
Promontorium Minervæ, est juxta Surrentum. *Ovid.* 15. *Metam.* Vulgò *Cabo de Minerva.*
Pronastæ, antiqui pop. Bœotiæ. *Steph.*
Propale, urbs Siciliæ: gentile Propaleus. *Steph.*
Propertius, Elegiarum Poëta, ex Mevania oppido oriundus, quod est in Umbria.
Propontis, idis, mare inter Hellespontum, & Bosphorum Thracium. Vulgò *Mar de San Gregorio.*
Propontiacus, a, um. Prop. *Taile Propontica*, quia fuit Isthmus.
Prosa dea, cui ara Romæ deprecandi gratia periculi ab ægreo partu constituta est. *Gel.* lib. 16. cap. 16.
Proselentiæ, pop. sunt in Galat. *Ptol.*
Proselena, civ. est Phrygiæ minoris in Asia propria.
Proserpina, Luna dicitur, Jovis ex Cerere filia Græcis Persephone, de cujus raptu. *Cic.* in *Verr.*
Proserpinam à proserpendo dictam, asserit *August.* l. 9. *de Civit. Dei.*
Prosopitæ, pop. sunt Ægypti. *Ptol.*
Prosopites nomos; præfectura est in Ægypto. *Ptol.*
Prosopopies, ins. in Delta Nili, quæ vocatur Natho. *Her.* lib. 2.
Prosponthe, id est *persona Dei*, civ. est Ægypti.
Prospalta, vicus in Acamantide tribu: incola Prospaltius. *Stat.*
Prostam, civ. est Pisidiæ in Pamphilia. *Ptol.*
Prosimus, judex inferorum, de quo vide *Arnobium.* lib. 5. adversus Gentes.

Prosimua, civ. est in Peloponneso in qua Juno colitur. *Steph.*
Protagoras Abderdes, Philosophus, Democriti auditor.
Protagoras alius, Astrologus, in quem Euphorion Epicedium scripsit. *Diod.*
Protagoræus, & Protagoricus, a, um, ut Protagoricum responsum. *Cic.*
Prote, ins. una è Cycladibus. *Plin.* lib. 3. cap. 5.
Prote, insula est ante Zazinthum. *Plin.* lib. 4. cap. 12. Vulg. *Pruedo:* gentile Proteus. *Steph.*
Protesilaus, filius Iphicli, unus fuit ex Græcię Principibus: interpret. *Primus populi.*
Protesilai turris, & delubrum, propè Hellespontum. *Plin.* l. 4.
Proteus, deus marinus, Oceani & Tethyos filius: à quo.
Proteo mutabilior, proverbium, in vafrum, & versipellem. *Erasm.*
Prothoenor unus ex Bœotię Principibus, qui ad Trojam venerunt. *Homer. Iliad.* lib. 2.
Prothous, unus è Gręcorum ducibus, qui ex Magnesia ad Trojam venit *Homer. Iliad. ibidem.*
Protogenes, viri proprium, significat aliquem primi generis.
Protogenes, pictor nobilissimus, cui patria fuit Canus. *Plin.* lib. 35. cap. 10.
Protogenia, Deucalionis fuit, & Pyrrę filia.
Protomacera, civ. est in Ponto. *Ptol.*
Proxenopolis, urbs juxta Neucratiam: civis Proxenupolites. *Steph.*
Prusa, civ. ess in Ponto, & Bithynia. *Ptol.*
Prusa, urbs apud Myssios ad radices Olimpi, quam Prusias condidit. *Strab.* lib. 11. à qua.
Prusienses dicti: ab altera autem Prusenses. *Plin.* Asclepiades Prusiensis.
Prusiacus, a, um. *Sil. Donec Prusiacas delatus signifer oras.*
Prusias, Rex Bityniæ, apud quem Annibal exulavit, postquam victus à Romanis deposcebatur ad pœnas.
Primnesia, civ. est Phrygiæ magnæ *Ptol.*
Prymno, ûs, Nympha, Oceani & Tethyos filia. *Hesiod.*
Prytaneum, Athenis locus in quò judices versabantur. *Cic.*
Prytaneum, in Siphon ins est. *Herod.* lib. 3.

P ANTE S.

Psacum, promont est Cretæ ins. *Ptol.*
Psamathæ, fons est Bœotiæ regionis. *Plin.* lib. 4. cap. 7.
Psammathus, untis, opp. est Laconiæ *Plin.* lib. 4. cap. 5.
Psammenitus, Amasis filius, & Ægyptiorum Rex. *Her.* l. 5.
Psammetichus, Rex Ægypti, cujus tempore 200. Ægyptiorum millia ad Æthiopes transierunt. *Herod. & Strab.* lib. 16.
Psaphara, civ. est in Macedonia.
Psaphis, locus est in Attica. *Strab.* lib. 9.
Psaphis, vel potius Psophis, vocatur ars Zacinthi insulæ.
Psaptos, fluv. est Sarmatiæ Asiaticæ *Ptol.*
Psebo, regio interior quam Æthiopia. *Steph.*
Pseas, Nympha satelles Dianæ. *Ovid.* lib. 3. *Metam.*
Pselcis, civ. est Ægypti. *Ptol.*
Pselus, nomen auctoris, qui de ratione victus scripsit.
Psenaco, vicus Athribitæ præfecturæ: incolæ Psenacatæ. *Steph.*
Psentris, Ægyptius vicus: gentile Psentrites. *Steph.*
Pseurdatace, collis in Scythia post montem sacrum. *Steph.*
Pseudocelis, civ. est Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Psilæ, ins. est contra Ephesum. *Plin.* lib. 5. cap. 31.
Psophis, idis, opp. est Arcadiæ, sic dictum à Psophide Erycis Siculi filia. *Plin.* lib. 4.
Psophidius, a, um, res ad Psophidem pertinens.
Psophidius in *Plin.* lib. 7. mendosè legitur Sophidius.
Psophidius quoque legendum est apud Valerium, non Sophidius.
Psychia, ins. una Cycladum, quæ aliàs Amargos. *Steph.*
Psychrus, flûv. in terra Assyriæ, Chalcidicum agrum præterfluens.
Psycrus, vocatur è nimia illius frigiditate. *Arist.*
Psylii, pop. sunt Africæ ad Syrtim minorem. *Plin.*
Psyra, ins. est juxta Chium. *Strab.* lib. 4. Vulgò *Psara.*
Psyra, ins. est in sinu Ceramico. *Plin.* lib. 5. cap. 31.
Psytralia, ins. est ante Salaminam Atticæ. *Plin.* lib. 4.
Psytralia, civ. est in Africa. *Strab.*

P ANTE T.

Ptèlea priùs dicta est, quæ posteà Ephesus. *Plin.* l. 5. c. 29.
Ptèleon, opp. est Bœotiæ regionis. *Plin.* lib. 4. cap. 7.
Ptèleon opp. est Messeniæ in Peloponneso. *Plin.*
Ptèleon, nemus est in sinu Pegaso. *Plin.* lib. 4.
Ptèleen, opp. est Joniæ propè Mimanta montem.
Pteria, urbs Cappadociæ, quam Birus expugnavit. *Herod.* lib. 1.
Ptoerphorus, Regio est juxta Riphæos montes. *Plin.* lib. 4. cap. 13. Ibi. creduntur esse mundi cardines.
Ptolemæus, Lagi gregarii militis filius, apud Alexandrum maximæ auctoritatis, regnavit in Ægypto, annis 40.
Ptolemæus Philadelphus; hujus filius, patri in regno successit, construxitque Bibliotecam celeberrimam.
Ptolemæus Evergetes, i, *beneficus* regnavit anis 26.
Ptolemæus Philopator, 17. annis in Ægypto regnavit.
Ptolemæus Ephiphanes, Rex Ægypti fuit annis 23.
Ptolemæus Philometor, annis 35. regnavit: post quem.
Ptolemæus, Evergetes alius, viginti novem.
Ptolemæus Lathyrus, cui Auletes successit.
Ptolemæus Dionysius, qui caput Magno Pompejo abscidit.
Ptolemæus, Cypriorum Rex, qui suis divitiis Romanorum locupletavit ærarium.
Ptolemæorum seriem describit. *Strab.* lib. 17.
Ptolemæus, Astrologus, natione Ægyptius, Alexandriæ professus est, tempore Trajani Cæsaris. *Suid.*
Ptolemæus quoque sex alios commemorat *Suidas.*
Ptolemæus, Abobis filius, Simonis Ducis Judæorum gener. *Joseph.*
Ptolemæus, a, um. *Propert. Et Ptolemææ littora capta Phari.*
Ptolemias, aidis, oppidum in margine maris Rubri. Vulgò *Tolomita.*
Ptolemais, opp. est Phœniciæ, colonia Claudii Cæsaris.
Ptolemais, oppidum est Cyrenaicæ regionis. *Ptolem.*
Ptolemais, opp. est Arabiæ. *Pomp.* lib. 3. cap. 1.
Ptolemais, opp. est item Ægypti, & Ethiopiæ. *Strab.* lib. 17.
Ptua, civ. est Armeniæ majoris. *Ptol.*
Ptychia, ins est propè Corcyram. *Plin.* lib. 4. c. 12. Vulgò *Isla del Guido.*

P ANTE U.

Publicola, cognomen Publii Valerii, qui primus cum Bruto post expulsos Reges Consul declaratus est *Liv.*
Publius, & Laberius Poëta mimographi, Julii Cæsaris familiaris. *Gel.*
Publius, cognomen ejus, qui populo gratus fuit.
Pucialia, civ. est Hisp. *Ptol.*
Pucinum castellum est Venetæ regionis. *Plin.* lib. 3. cap. 14.
Pucinum, opp. est Istriæ Mediterraneum. *Ptol.*
Pucinium vinum, ab opp. Pucino in quo nascitur. *Plin.*
Punicus, nomen quo Carthaginenses vocantur: unde.
Punica bella dicuntur, quæ Romani gessere cum Carthaginensibus.
Punsa, civ. est Libyæ interioris. *Ptol.*
Puppius, Poëta tragœdiographus, cujus poëmata lacrimosa vocavit *Horat. Epist.* lib. 1. *lacrymosa poemata Puppi.*
Pupulum, civ. est Sardiniæ ins. *Ptol.*
Puput, vel Pupud, opp. est Africæ propè Bizantium.
Pupud, nomen in *d.* desinens protulit *Prisc.*
Purgatorium, opp. Ultoniæ in Hybernia ab admirabili illo S. Patrici purgatorio ita dictum. *Ocabasa. vind.* 2. cap. 1.
Putea, civ. est Africæ sub Adrimyto. *Ptol.*
Purea, civ. est Palmyrenæ regionis Syriæ. *Ptol.*
Puteoli, orum, civ. est in ora Campaniæ. *Plin.* lib. 3. cap. 4. Vulgò *Pozzolo.*
Puteolanus, sinus qui adjacet Puteolis dicitur.
Puteoli, prius Dicæarchia, & Delos Junior dicta est.
Puticuli, locus erat publicus Romæ ultra Exquilias, commune plebi sepulcrum, ita dictus quòd ibi cadavera sepultorum putrescerent; sive à puteis, seu fossis in quibus speliebatur, quod genus vetustissimum est sepulturæ. *Fest.*

P ANTE Y.

Pydes, urbs & fluv. Pisidiæ: gentile Pidesius. *Steph.*

Pyr-

Pyenis, urbs Colchorum: gentiles Pyenites. *Steph.*
Pygmæi, pop. sunt Indiæ pumiliones. *Plin.* lib. 7. cap. 2.
Pygmæi, dicti à pygmon, onis, quod est *cubitus*, quasi *cubitales*.
Pygmæi, quoque sunt in Thracia. *Plin.* lib. 4. cap. 11.
Pygmalion, filius fuit Cylicis, qui Paphum suscepit ex Eburnea statua, quam venus transformavit in puellam. *Ovid.*
Pylaceum, opp. est Phrygiæ magnæ *Ptol.*
Pylades, filius Straphi Phocensis, Oresti amicissimus.
Pylæ, arum, quæ Latinè dicuntur portæ montium.
Pylæ, montes sunt in Ægypto. *Ptol.*
Pylæ, locus Arcadiæ: gentile Pyleites. *Steph.*
Pylæmenes, dux Paphlagonum, ex his qui in Trojanorum auxilium venerunt, à Menelao interfectus.
Pylartes, vir Trojanus, ab Ajace interfectus. *Hom.*
Pyle, es, opp. est in Arcadia. *Plin.* lib. 4. cap. 6.
Pylene, civ. est Ætoliæ. *Hom. in Cat.*
Pylia, urbs quam Pylii in Italiam trajicintes condidere.
Pylii, pop. sunt in Peloponneso. *Strab.* lib. 8.
Pylos, opp. est Elidis in Achaja. *Plin.* lib. 4. cap. 5.
Pylos, opp. Messeniæ à Deleo conditum. Vulgò *Navarino.*
Pylius, a, um, à Pylo, opp. Messeniæ. *Juv. Rex Pylius magno.*
Pynoma, ins. est propè Britanniam. *Sol.*
Pyracmon, inter Cyclopes numeratur. *Virg.* lib. 8. *Æneid.*
Pyræa, pars Thessaliæ, à Pyra nominata. *Steph.*
Pyræchmes, viri proprium, cujus sæpè meminit. *Homer.*
Pyræ, opp. est Latii propè Formias. *Plin.* lib. 3. cap. 5.
Pyręi, pop. fuerunt Lyburnię. *Plin.* l. 3. cap. 22.
Pyręum, promont. est Atticę regionis.
Pyramus, adolescens Babylonius, qui amore Thisbes se interemit. *Ovid.* l. 1. *Metam.*
Pyramus, fluv. est Ciliciç. *Pomp.* & *Strab.* l. 1.
Pyrander, Quęstor Atheniensis, à pop. saxis obrutus.
Pyranthus, urbs parva, aut vicus Cretę juxta Gortynam: incolę Pyrrhantii. *Steph.*
Pyrasus, vir Trojanus, ab Ajace interfectus. *Hom.*
Pyrasus, civ. in Thessalia. *Strab.* l. 9.
Pyrene puella in Pyrenęo monte ab Hercule compressa: undè.
Pyrenæi, montes dicti, qui dividunt Galliam, & Hispaniam. *Silius.*
Pyrene, mons est idem, qui Pyrenæus.
Pyrenis, idis, à Pyrene. *Ovid. Ephyras Pyrenides undas.*
Pyrenæus, a, um. *Luc. Jamque Pyrenææ, quas namque solvere Titan.*
Pyrenæus, Rex Thraciæ, qui Daulidam urbem Phocidis occupavit. *Ovid.* lib. 5 *Metam.*
Pyretos, fluv. est Scythiæ in Istrum cadens. *Her.* lib. 4.
Pyretos, Græcis indigenis autem parata appellatur.
Pyrgenses, pop. sunt Messeniorum.
Pyrgi, orum, opp. est Hetruriæ propè Romam. *Plin.* lib. 3. cap. 5. Vulgò *Civita Vecchia.*
Pyrgi, civ. est in Peloponneso. *Strab.* lib. 8.
Pyrgo, nomen fuit nutricis natorum Priami. *Virg.* lib. 5. *Æneid.*
Pyrgoteles, gemmarum sculptor artificiosissimus. *Plin.* lib. 36.
Pyrgus Euphanta, opp. est Syrtis magnæ. *Ptol.*
Pyrgus, opp. est in ins. Thera. *Her.* lib. 4.
Pyrnus, urbs Cariæ: cives Pyrni. *Steph.*
Pyro, Nympha quædam, Oceani & Tethyos filia. *Her.*
Pyrodes, Cilicis filius, qui primus ex silice ignem excussisse dicitur. *Plin.* lib. 7. cap. 56.
Pyropolis, pop. sunt Thraciæ. *Plin.* lib. 11. cap. 11.
Pyrois, unus ex equis Solis, quasi *ardens. Ovid.*
Pyronea, urbs Locridis, à Pyrone quodam. *Steph.*
Pyrpile, prius dicta est, quæ posteà Delos. Vulgò *Sdiles.*
Pyrpile dicta, quòd ibi ignis primò repertus fuerit. *Plin.*
Pyrrha, uxor fuit Deucalionis. *Ovid.* 11. *Metam*
Pyrrha, opp. est Cariæ conventus Alabandici. *Plin.* lib. 5. cap. 29. Vulgò *Demoniari.*
Pyrrha, urbs fuit in Lesbo ins. *Plin.* 5. cap. 31.
Pyrrha, ins. est in sinu Ceramico. *Plin.* lib. 5. cap. 31.
Pyrrha, opp. fuit in Phocide regione. *Plin.* lib. 4. cap. 3.
Pyrrhæ, pop. sunt harum civitatum incolæ.
Pyrrhæi, pop. etiam sunt finitimi Epiro.
Pyrrhæi Æthiopes, pop. sunt Lybiæ interioris. *Ptol.*
Pyrria, proprium mulieris apud *Horatium*, lib. 1. *Epistol.*
Pyrrho, Philosophus Elidensis, discipulus Anaxarbæ: à quo.
Pyrrhonii Philosophi dicti, quos Græci Sceptici, id est, *consideratores* appellant.
Pyrrhus, Rex Epirotarum, Achille, & Hercule oriundus. *Plut.*
Pyrrhus alius, Achillis & Deidamiæ filius.
Pyrrhus, Latinæ interp. *fulvus*, sive *rufus*: undè.
Pyrrhus, à capillorum qualitate vocatus est, cum prius Neoptolemus diceretur. *Serv.*
Pyrrhus, campus est in Mauritania Tingitana. *Ptol.*
Pystira, ins. est propè Smyrnam. *Plin.* lib. 5. cap. 31.
Pythagoras, Samius Philos patre Mnesarcho.
Pythagoras dictus, quòd vera Pythio non minus loqueretur.
Pythagoræi, & Pythagorici, qui sectam Pythagoræ tenent.
Pythagoræus, a, um, ut Pythagoræa somnia. *Horat. Quint.*
Pythagostæ, qui vitam Pythagoræ imitantur.
Pytheum, civ. est Pelasgiotarum in Macedonia.
Pythia, civ. est Phocidis in Achaja. *Ptol.*
Pythia, orum, ludi Apollinares, in Apollinis honorem instituti in Pythio Macedoniæ loco.
Pythias, mulier apud *Horat. Pythia emuncto lucrata Simone. talentum.*
Pythis, promont. est Marmaricæ regionis. *Ptol.*
Pythius, cognomen Apollinis, à Pythone dracone, quem interfecit. *Strab.* lib. 9.
Pythodorus, sculptoris eximii proprium. *Plin.* lib. 36. c. 5.
Pythones come, locus in Asia, quo ciconiæ advenientes conveniunt. Vid. *Plin.* lib. 10. cap. 23.
Python, serpens quem Apollo interfecit.
Python, onis, opp. est Phocidis. *Hom.* 2. *Illiad.*
Python, Orator Byzantius apud Philippum Macedoniæ Regem, cujus meminerunt Æschines, & Demosthenes.
Pythopolis, civ. in Asiæ parte, quæ Mysia vocatur. *Plin.*
Pyxis, urbs in Mediterraneæ parte Oenotriorum, à qua fit gentile Pyxius. *Steph.*
Pyxites, fluv. est in Themiscyrena ad Trapezuntem. *Plin.* lib. 6. cap. 4.
Pyxus, untis, opp. est, & fluv. Lucaniæ in Italia, à Latinis Buxentum appellatum. *Plin.* lib. 3. cap. 5.
Pyxus quoque civitas in Caria.
Pyrus, urbs Siciliæ à Myantho condita: qui habitat, Pyzuntius. *Steph.*

DE LITTERA Q.

Quadi, Bohemorum olim gens, quæ sicut & Marcomani, carnibus equorum, vulpium delectabatur. *Tac.*
Quadrata, Romæ locus in Palatio ante templum Apollinis dicitur.
Quadratus, Apostolorum discipulus, ac Præsul Atheniensis. *Eusebius* lib. 3. cap. 27. *Historiæ Eccles.*
Quari, pop. Galliæ Narbonensis, quos Quariates *Plinius* appellat. *Strab.* lib. 14
Queria, territorium, sive Comitatus Momoniarum in Hybernia, & titulus Baronis. *Ocabasa vindicat.* 2. cap. 1.
Querquerni, populi conventus Braccarensis in Hisp. *Ptol.*
Querquetulana, porta Romæ à querceto, quod juxta se habebat, dicta.
Querquetulanæ, Nymphæ querceto virescenti præsidentes.
Querquetulani ab pop. Latii, quod interiit. *Plin.*
Quietalis, Pluto dictus est, quòd quies ad mortuos maximè pertineat; aut potiùs quòd mors quies sit ærumnarum omnium.
Quilcoquia, opp. Lageniæ in Hybernia.
Quildaria, opp. Lageniæ in Hybernia. Sedes Episcopalis, & Comitatus, à quo Comes Quildarih dictus.
Quildalonia, sive Laonia, oppidum & Sedes Episcopalis Momoniarum in Hybernia.
Quillesia, oppidum in Hybernia.
Quilmaloquia, opp. Momoniarum in Hybernia, ac Vicecomitis titulus.
Quilmoris, opp. ac Sedes Episcopalis Ultoniæ in Hybernia.
Quilnimalagia, opp. Momoniarum in Hybernia.
Quilquennia, urbs prætoria, & elegantissima Lageniæ in Hy-

Hybernia, aëris, & soli temperatura, ac fertilitate numquam satis laudata.

Quilrusia, opp. Momoniarum in Hybernia, ac portus maritimus

Quinsalia, opp. ac portus maritimus Momoniarum in Hybernia. & titulus Baronis.

Quinquatria, dies festus Minervæ, ita dictus, quòd diebus quinque, aut quòd post diem quintum Iduum Martii celebraretur.

Quintana, porta in rastris post prætorium, ubi venalium rerum forum solet esse.

Quintilianus, Rhetor, ortus in Hispania, ex civitate Calagaritana, primus è fisco salarium tolit Romæ.

Quintilius, Virg. & Horatii familiaris fuit. *Euseb.*

Quintius, & Quintus, cognomina antiquitùs in magno usu.

Quintia parva, trans Tyberim erant, dicta à *Q. Cincinnato.*

Quintipor, servile nomen apud Veteres, ut Publipor.

Quirinalia, orum dies quoque Quirinio sacræ fiebant.

Quirinalis mons sive collis, unus è septem Romæ. Vulgò *Montecavallo.*

Quirinalis porta Romæ dicitur, quòd ea in collem Quirinalem itur: sive quòd proximè eam sit Quirini sacellum. *Fest.*

Quirinus Mars dicitur, cùm est tranquilus; cùm sævit, Gradivus.

Quirinus, Hybernus Episcopus, ad quem S. Georgius Magnus Romanus Pontifex epistolam scripsit, quæ habetur tom. 4. operum ejusdem Sancti.

Quirites, Romani dicti sunt, à *Quirino*, id est, à *Romulo*, quia Quirinus appellatus est, quòd hasta, quam Sabini quiri vocant, assiduè uteretur. *Serv.*

Quirites, quoque Romani appellati sunt, à Curibus Sabinorum. *Liv.*

Quiza, opp. est Mauritanæ Cæsariensis.

DE LITTERA R.

Raba, urbs est ad sinum Jonicum: gentile Rabæus. *Steph.*

Rabathmoma, urbs Palæstinæ, quæ nunc Arcopolis. *Steph.*

Rabbat, metropolis est filiorum Ammon, quæ hodie Philadelphia dicitur.

Rabbatamna, urbs Montanæ Arabiæ. *Steph.*

Rabirius, eques Romanus, quem contra T. Labienum defendit. *Cicero.*

Rabirius, Poëta quidam temporibus *Ovidii.*

Racalami, pop. sunt Sarmatiæ in Europa. *Ptol.*

Racaræ, campi sunt in Germania magna. *Ptol.*

Racilius, Tribunus plebis, qui de Clodianis facinoribus est questus in Senatu. *Cic. in Epist.*

Radagasus, Gothorum Rex, dicitur habuisse sub signis supra ducenta armatorum millia. *Paulus Diaconus.*

Radulfus, Hybernus, Archiepiscopus Casseliensis, scripsit in jure Canonico librum, epistolas item familiares: vivebat anno 1347. *Ocahasa vindicat.* 3. cap. 1.

Ræsiara, civ. est Mysiæ superioris. *Ptol.*

Ramidava, civ. est in Dacia. *Ptol.*

Ramnates, tertia pars pop. Romani tempore Romuli.

Ramnenses, iidem qui Ramnetes. *Liv.* lib. 1.

Raphanea, civ. Syriæ regionis. *Ptol.*

Raphia, civ. est Judææ Palæstinæ, quæ Judeis Rama dicitur.

Rapotia, opp. Ultoniæ in Hybernia, unde Episcopus Rapotensis. *Ocahasa vindic.* 2. cap. 1.

Rastia, civ. est in Gallia. *Ptol.*

Ratacensi, pop. sunt Daciæ. *Ptol.*

Rataneum, castellum est in Liburnia. *Plin.* lib. 3. cap. 22.

Rathmoria, opp. Mediæ in Hybernia, à quo Baro Rathmoriç. *Ocahasa vindic.* 2. cap. 1.

Ratiastum, opp. est Pictonum in Aquitania. *Ptol.*

Ratumena, porta Romæ, à Ratumena equorum agitatore.

Rauduscula, porta Romæ, à ra do, id est, ære appellata, eo quòd ærata esset. *Varr.* 4. *de Ling. Lat.*

Ravenna, civ. Sabinorum in octava Italiæ regione. *Plin.*

Ravennas, atis, gentile à Ravenna.

Rauracii pop. sunt Galliæ Belgicæ. *Plin.* l. 4. c. 17. *Pueblo en aquellos Lugares, donde hoy hallamos Basiléa.*

Rauriaca, civ. est eadem in Gallia Belgica.

R ANTE E.

Reate, civ. est Sabinorum in Italia. *Plin.* lib. 3. c. 12. Vulgò *Rieti, en la Sabina*

Reatini, pop. Italiæ juxta urbem Reate.

Reatinus ager, umbilicus Italiæ. *Solin.*

Recinetum, aut Ricinetum, civ. Italiæ, quæ à priscis Recinata dicebatur. Vulgò *Recanati.*

Rediculi fanum, Romæ erat extra portam Capenam.

Redintovicum, civ. est in Germania. *Ptol.*

Regia Latinorum, opp. est Bæticæ conventus Gaditani. *Plin.* lib. 3. cap. 1. Vulg. *Vaena.*

Regia, sive Villa Regia, opp. Conaciæ in Hybernia, portus maritimus, & titulus Baronis. *Ocahasa vindicat.* 2. c. 1.

Regienses, Pop. sunt Regiæ superioris in Bætica.

Regianum, opp. est Mysiæ inferioris. *Ptol.*

Regias, opp. est Syriæ Siristicæ regionis. *Ptol.*

Regillia, opp. Sabinorum, unde patricia gens Claudia orta est.

Regilianus, Romanus Imperator à militibus consalutatus, veluti à nomine sumentibus omen.

Regillus, lacus in Italia, de quo *Plin.* lib. 33. Vulgò *Lago de Santa Praxéde.*

Regium Lepidi, opp. est in Gallia Togata. *Plin.* lib. 3.

Regienses, pop. sunt à Regio Lepidi cognominati.

Regiensis, e. *Cicer. Hoc. idem à te Regienses impetravisse.*

Regius, lacus Conaciæ in Hybernia. *Ocahasa vindicat.* 2. cap. 1.

Regius, fluv. est Mesopotamiæ. *Ptol.*

M. Regulus Atillus, quem Carthaginenses resectis palpebris illigatum in machina vigilando necaverunt. *Cic. in Pisonem.*

Remoria, aut Remuria, locus in summo Aventino, ubi Remus de condenda urbe fuerat auspicatus. *Fest.*

Remus, filius Martis, ex Rhea virgine Vestali.

Remulinus ager, dictus à Remo possessus.

Remuria, urbs est propè Romam: gentile Remuriates.

Resapha, civ. est Palmyrenæ regionis in Syria. *Ptol.*

Resi, pop. sunt propè Romam. *Strab.*

Resistos, opp. est Propontidis Chersonesi. *Plin.* lib. 4.

Retigonum, opp. est Britanniæ insulæ. *Ptol.*

Retigonius, sinus est in Britannia insula. *Ptol.*

R ANTE H.

Rha, fluv. Sarmatiæ Europææ. *Ptol.* lib. 5. Alio nomine Vulgò, & à Tartaris *Edel* dictus.

Rhaabeni, pop. sunt Arabiæ Desertæ. *Ptol.*

Rhaba, opp. ad sinum Jonicum: gentile Rhabæus. *Steph.*

Rhabanitæ, pop. sunt Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*

Rhabathoma, Palæstinæ urbs, Areopolis etiam dicta. *Steph.*

Rhabbatammena, opp. Montanæ Arabiæ. *Steph.*

Rhabo, fluv. est Daciæ. *Ptol.*

Rhacellus, urbs Macedoniæ. *Steph.*

Rhacii, & Mantus, filia fuit Pamphiliæ, à qua Pamphilia Regio. *Steph.*

Rhacotes, Alexandria prius vocabatur. *Steph.*

Rhadamantus, filius Jovis ex Europa, Rex fuit Lyciæ, qui à poëtis judex fingitur apud inferos. *Virg.* lib. 6.

Rhadenusia, urbs Massiliæ, gentile Radenusius. *Steph.*

Rhadina, civ. est in Peloponneso. *Strab.* lib. 8.

Rhęa, urbs inter Scythiam & Hircaniam: gentile Rhęus. *Strab.*

Rhæba, civ. est in Hybernia insula. *Ptol.*

Ræda, civ. est in Arabia Fœlici. *Ptol.*

Rhæantheni, pop. sunt Arabię Petreæ. *Ptol.*

Rhęti, pop. inter Alpinas gentes. *Plin.* lib 3. cap. 29.

Rhętia, regio est contermina Venetę regioni. *Plin.*

Rhętia prima, vel superior, inter fontes Rheni, & Lycum fluvius. Vulg *Suevia*

Rhętia secunda, vel inferior inter Lycum fluv. & Danubii fontes. *Es parte de Babaria entre el Danubio, y los Alpes.*

Rhęticus, a, um, res ad illam pertinens.

Rhętico, onis, mons est in Rhętiis. *Pomp.* lib. 3.

Rhagę, arum, civ. est Medorum: unde Rhagenus. *Steph.*

Rhagęa, civ. est in Parthia. *Ptol.*

Rhagina, regio est Medię. *Ptol.*

Rhamnes, sive Rhamnenses, equites erant Romani.

Rhamnus, untis, vicus erat in Attica regione. *Pompon.*

Rhamn

Rhamnus, untis, portus est Cretæ ins. *Ptol.*
Rhamnus, opp. etiam est Cretæ Mediterraneum. *Plin.* l. 4.
Rhanusia, Indignationis dea, quam *Græci* Nemesim vocant: & Rhamnusia, dicta est, quod in Rhamnunte templum habuerit ab Amphirao conditum.
Rhamnusius, a, um, ad Rhanuntem pertinens.
Rhamnusis, idis. *Ovid. memorem sine Rhanusidis iram.*
Rhampsinitus, Rex fuit Ægypti post Proteum. *Her.* lib. 2.
Raphea, opp. est Decapoleos regionis. *Plin.* lib. 5. cap. 16.
Rhapsa, civ. est Mediæ regionis *Ptol.*
Rhapses, pop. sunt Persidis regionis. *Ptol.*
Rhapta, civ. metropolis Æthiopi Ægypti in sinu Barbarico. *Ptolom.*
Rhatum, promont. est Æthiopiæ Ægypti. *Ptol.*
Rhaptus, fluvius est ejusdem Æthiopiæ in sinum Barbaricum profluens.
Rharium, campus in Eleusino: undè Rharia regio. *Steph.*
Rhatini, pop. sunt Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Rhaostathybius, fluv. est Britanniæ ins. *Ptol.*
Rhatra, civ. est Babyloniæ regionis. *Ptol.*
Rhaucus, urbs est in Mediterraneis Cretæ: gentile Rhaucius. *Steph.*
Rhavius, fluv. est Hyberniæ ins. *Ptol.*
Rhaunati, vicus est Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Rhax, ins. est Lyciæ: gentile Rhagius. *Steph.*
Rhaunda, civ. est Mediæ. *Ptol.*
Rhea, uxor Saturni, Cœli & Terræ filia, quæ & Cybele dicitur.
Rhea Sylvia, filia fuit Numitoris, Remi, & Romuli mater.
Rhebas, fluv. est ad fauces Basphori Thracii. *Plin.* l. 6. c. 1.
Rhedones, pop. sunt Galliæ Lugdunensis in Armorica. *Ptol.* Vulgò *Los de Renes en Bretaña.*
Rhegena, civ. Arabiæ desertæ. *Ptol.* Melius Beganna.
Rhegium, opp. est Brutiorum in finibus Italiæ contra Messanam. Vulgò *Reggio.*
Rhegia columna, locus est juxta fretum Siculum. *Plin.* Rheginus.
Rhegma, civ. est in Arabia Fœlici. *Ptol.*
Rhematices, populi juxta sinum Persicum. *Steph.*
Rhemi, pop. sunt Galliæ Belgicæ. *Plin* lib. 4. cap. 17.
Rhenanus, a, um, undè Cisrhenanus, & Transrhenanus. *Cæs.*
Rheni, orum dicuntur pop. Rhenum accolentes.
Rheni primum ostium est, quod nunc Wallis. *Plin.* Helium appellatur, quod Austrum labitur Rheni.
Rheni secundum ostium, quod medium est, nunc *Lecca* dicitur.
Rheni tertium ostium est; quod nunc Vulgò *Isella*, Pomponius, & Plinius *Flavium* appellant.
Rhenia, ins. est una è Cycladibus in Ægeo, Delo proxima. *Plin.* Vulgò *Fermenia.*
Rhenus, fluv. est Germaniæ celeberrimus ab Alpibus defluens. Vulgò *Rhin.*
Rhenus, in Oceanum hodie tribus ostiis evolvitur. *Altamer.*
Rhenus, fluv. Italiæ parvus prope Bononiam. *Plin.*
Rhesada, urbs Umbrorum: gentile Rhesalenus. *Steph.*
Rhesino, urbs circa Aborum fluv. gentile Rhesinates. *Steph.*
Rhesperia, ins. est non longè ab Epheso. *Plin.* lib. 5.
Rhesus, Rex Thraciæ, qui Albis equis in Trojanorum auxilium venit, à Diomede interfectus. *Homer.*
Rhesus, fluv. est Troadis Regionis. *Plin.* lib. 5. cap. 30.
Rhetus, gigas quem Dionysius in leonem versus occidit.
Rheudanici, sive Brandanici: montes excelsi sunt in Hybernia. *Ocahasa vindicat.* 2. cap. 1.
Rheus, Centaurus quidam, Ixonis filius. *Luc.* lib. 8.
Rhexenor, Nausithoi filius, & frater Alcinoi Phæacum Regis *Hom. Odiss.* 7.
Rhicina ins. est una ex quinque Ebudis. *Ptol.*
Rhigusa, civ. est in Hisp. *Ptol.*
Rhinocorura, opp. est in finibus Palæstinæ. *Ptol.*
Rhion, prom. est Ætoliæ regionis. *Plin.* lib. 4. cap. 2.
Rhipe, urbs Arcadiæ: gentile Rhipæus. *Steph.*
Rhipsi venatores, pop. sunt Æthiopiæ Ægypti. *Ptol.*
Rhiphæi, montes Scythiæ ex quibus Tanais oritur. Virg. ad Scythiam, *Rhiphæasque arduus arces.*
Rhiphæi, à Rhipados, quod flatus ventorum dicitur. *Merula.*
Rhiphæus, a, um, id est, Scythicus, & Aquilonaris.
Rhiphæus, unus ex Centauris, Ixionis & Nubis filius. *Ovid.*
Rhiphæus, Trojani nomen apud *Virg.* lib. 2. *Æneid.*
Rhitiana, civ. est Mesopotamiæ. *Ptol.*
Rhitium, opp. est Pannoniæ inferioris. *Ptol.*
Rhitymna, opp. est Cretæ maritimum. *Ptol.* Vulgò *Retimo.* Indè Rhitymnates. *Steph.*
Rhitrus, portus est Ithacæ. *Hom.* 1. & 2.
Rhium, promontorium Achajæ ad sinum Corintiacum.
Rhium, promontorium aliud in Ætolia, à Thucydide Molycricum cognominatum.
Rhiundacus, fluv. est Ponti. *Ptol.*
Rhizana, civ. est in Dalmatia. *Ptol.*
Rhizena, urbs Cretæ, cives Rhizeniates. *Steph.*
Rhizinium, opp. est Romanorum civium in Liburnia. *Plin.*
Rhizonicus, sinus est in Dalmatia. *Ptol.* Vulg. *Golfo de Cataro.*
Rhizopagi, pop. sunt Ætiopiæ Ægypti. *Ptol.*
Rhizus, civ. est Ponti Cappadocum. *Ptol.*
Rhizus, urbs Thessaliæ, gentile Rhizuntius. *Steph.*
Rhoata, civ. est Parthiæ regionis. *Ptol.*
Rhoas prius dicta est, quæ posteà Laodicæa. *Plin.* lib. 5.
Rhobogdium, promont. est Hyberniæ. *Ptol.*
Rhobogdii, opp. sunt Hyberniæ insulæ. *Ptol.*
Rhocobe, opp. Thraciæ regionis.
Rhodas, opp. est Rhodiorum in Provincia Narbonensi. *Plin.*
Rhoda, Hisp. civ. Vulgò *Rosas.* *Liv. Inde Rhodam ventum.*
Rhodanus, fluv. est Provinciæ Narbonensis. Vulgò *Rona.*
Rhode, fluv. est Sarmatiæ.
Rhode, Nymphæ nomen, roseo colore. *Hesiod.*
Rhoda, opp. est in Lycia. *Ptol.* Inde.
Rhodiacus, a, um, Rhodus, a, um, & Rhodiensis, e.
Rhodiense, pelagus est in Asia propia. *Ptol.*
Rhodiopolis, opp. est Lyciæ regionis. *Plin.* lib. 5. cap. 27.
Rhodius, fluv. est Troadis regionis. *Plin.* lib. 5. cap. 30.
Rhodius, fluv. quoque est in Hispania.
Rhodius, fluvius etiam est Sarmatiæ.
Rhodoë, urbs Indica; gentile Rhodoëtes. *Steph.*
Rhodogune, filia Darii, quæ post mortem viri, nutricem quæ illi secundas nuptias suadebat, occidit.
Rhodope, mons est Thraciæ ab Orpheo frequentatus: Vulg. *Montaña del Argento.*
Rhodope dictus, à Rhodope impia deorum contemptrice.
Rhodope, mons est Macedoniæ. *Plin.* lib. 4. cap. 10.
Rhodopeius, a, um. *Ovid. Rhodopeia Phyllis.*
Rhodophone, Syria dicta est ea parte; qua transit Taurum montem.
Rhodopis, idis, meretrix fuit in Thracia miræ pulchritudinis, & opulentiæ. *Herod.* lib. 2. & *Plin.* lib. 36. cap. 12.
Rhodus, ins. & civ. in mari Lycio. Vulgò *Rodas.*
Rhodum, ins. nullo non die Sol aspicit. *Cic.*
Rhodussa, urbs Argivæ terræ; undè Rhodussius.
Rhœbus, equus fuit Mezentii. *Virg.* lib. 10. *Æneid.*
Rhœteum, promontorium, & oppidum Troadis, in quo sepultus Ajax Telamonius.
Rhœteus, a, um. *Virg.* *Rhœteoque in littore inanem.*
Rhœtius, mons est Corsicæ ins. *Ptol.*
Rhœtus, Marrubiorum Rex fuit in Italia. *Virg.* lib. 5.
Rhoge, ins. est in mari Lycio. *Plin.* lib. 5. cap. 31.
Rhogomnaes, fluv. est Persidis regionis. *Ptol.*
Rhombitus magnus; fluv. est Sarmatiæ Asiaticæ. *Ptol.*
Rhombitus parvus, fluv. est in eadem Sarmatia. *Ptol.*
Rhopolani, pop. sunt Scythici ultra Danubium.
Rhotomagus, civ. est Nerviorum Galliæ Belgicæ. *Ptol.*
Rhotomagus, opp. quoque est Velicassiorum Galliæ Lugdunensis. Vulgò *Roan.*
Rhoxalani, pop. sunt Sarmatiæ in Europa. *Ptol.*
Rhuda, civ. est in Parthia. *Ptol.*
Rhusoe, portus, & opp. Africæ minoris. *Ptol.* Vulg. *Afiques.*
Rhydas, castellum Siciliæ: gentile Rhydæus. *Steph.*
Rymnus, Mysiæ fluvius, à quo Rymnici populi, & montes. *Strab.* lib. 12.
Rhyndacus, urbs inter Phrygiam, & Hellespontum. *Steph.*

Rhyton, Poëta Tarentinus, nugator vilissimus. *Cic.*
Rhypa, civ. est in Arcadia regione.
Rhypara, ins. est propè Samum insulam. *Plin.* lib. 5. c. 31.
Rhysiadyon, prom. est Lybiæ interioris. *Ptol.*
Rhysadiron, opp. est Mauritaniæ Tingitanæ. *Ptol.*
Rhytion, opp. est Cretæ mediterraneum. *Plin.* lib. 4. c. 12.

R ANTE I.

Richardis, Imperatrix Hyberniæ Regis filia in Sanctorum classem relata. *Fitzimon.*
Richardus, Archiepiscop. Armacanus Hybernus, plura scripsit, de quibus *Trithemius.* Claruit temporibus Caroli Imperatoris IV. & Innocentii Papæ IV. anno Domini 1376.
Richardus, Stambuistus Dublinensis Anglo Hybernus, multa turpitèr, ignominiosè, & mendacitèr contra Hybernos antiquos scripsit, quæ sanctæ Inquisitionis Senatus consulto in Regno Lucitaniæ combusta sunt. *Osullevanus* in Compendio.
Ricinentes, pop. sunt Piceni in Italia. *Plin.* lib. 3.
Rigiæ, civitates in Hybernia. *Ptol.*
Rigni, pop. sunt Britanniæ insulæ. *Ptol.*
Rigodunum, opp. est Britanniæ insulæ. *Ptol.*
Riguscæ, pop. sunt Rhætiæ. *Ptol.*
Rincoronia, portus maritimus Momoniarum in Hybernia.
Rinuci, pop. sunt Galliæ Belgicæ. *Plin.* lib. 4. cap. 17.
Ripa ala, civ. est Britanniæ insulæ. *Ptol.*
Ripepora fœdatorum, opp. est Bæticæ. *Plin.* lib. 3.
Risadir, portus est Mauritaniæ ad oram Oceani. *Plin.*
Risinum, opp. est Liburniæ. *Ptol.*
Rispia, opp. est Pannoniæ superioris. *Ptol.*
Rivum, promont. est Corsicæ insulæ. *Ptol.*

R ANTE O.

Robigo, dea quam Romani putabant rubiginem avertere. *Ovid.*
Robigus, deus cui Robigalia sacra fiebant. 7. Kalend. Maii. *Varr.* 1. *de Re Rust.* cap. 1.
Roma, nobilissima, & bellicosissima Italiæ urbs.
Roma, septicolis dicta, quod septem colles habeat.
Romanus, a, um. qui è Roma est, vel Romam inhabitat.
Romanicus, a, um, à Roma: ut Romanica juga. *Cat. de Re Rust.*
Romanensis, qui alibi ortus in Roma versatur.
Romanensem sa em, qui alibi factus Romæ venditur, exponit Merula.
Romana porta, apud Romam à Sabinis appellatur, quòd per eam proximus ipsis aditus esset. *Fest.*
Romanula porta, Romæ erat in Palatino, ad Volupiæ sacellum. *Varr.*
Romandi, pop. sunt Galliæ Belgicæ. *Ptol.* Vulgò *Los de Vermandois en Francia*
Romaniam, *M. Antonius Sabellicus* Thraciam vocat.
Romarinum, fluv. est Venetæ regionis. *Plin.* lib. 3. cap. 26. Vulgò *Lemina.*
Romarinum, portus quoque est in Veneta regione. *Plin. ibidem.* Vulg. *Puerto de Lematino.*
Romanus, Pontifex Romanus, ann. 897.
Romualdus, Hyberniæ Regis filius, Archiepiscopus Salernitanus, scripsit Cronicon. *Possevinus.*
Romualdus, Episcopus & Martyr, filius Regis Hyberniæ, & Mæchlinensium Apostolus. *Molanus.*
Romula, arbor dicebatur, sub qua Romulus, & Remus inventi sunt.
Romulea, cognominata est quæ posteà dicta Hispalis.
Romulus, Martis & Iliæ filius, primus Romanus Rex.
Romuleus, a, um, ut Romuleæ colles. *Ovid.* lib. 3. *Fast.*
Romulides, dicti sũt Romani à Romulo, ut Saturni Romulidæ.
Romus, Ulyssis, & Circes filius. *Steph.*
Ropicium, opp. est Corsicæ insulæ. *Ptol.*
Rosea, campus in agro Reatino appellatur. *Fest.*
Roscius Otho, Tribunus plebis, legem tulit, quàm Resciam vocat. *Livius.*
Roscius Gallus, Comœdus, Ciceronis præceptor. *Cic.*
Roscius Amerinus, in causa patricidii defensus à Cicerone.
Roscomania, oppid. & caput Comitatus Conaciæ in Hybernia: unde Comes Roscomaniæ.
Rosellæ, oppidum dirutum, juxta Thermas Sancti Philippi Vulgò *Roselle.*
Rosellæ, & Rosetum, in Aureliano itine e, vel Claud. sunt
Rosologia, civ. est Tectosagum in Galatia.
Rosquerta, opp. Lageniæ in Hybernia.
Rossia, civ. Episcopalis Momoniarum in Hybernia.
Rossia, opp. ac portus maritimus Lageniæ in Hybernia.
Rostra, locus Romæ ex eo dictus, quòd ex navibus hostium captis rostra ibi fixa erant. *Livius.*
Rosulum, opp. est non longe à Roma. Vulgò *Monte Roso.*
Rotanus, fluv. est Corsicæ insulæ. *Ptol.*
Rotunda, proprium nomen templi ejus, quod Numa Pompilius Vestæ sacrarat. *Fest.*
Roxana, Darii filia, & Alexandri concubina. *Plut. in Alexand.*
Roxicum, Corsicæ ins. civ. *Ptol.* Vulgò *Rogelo.*

R ANTE U.

Ruacensii, pop. sunt Sardiniæ ins. *Ptol.*
Ruaditæ, pop. sunt Ægypti. *Ptol.*
Ruba, civ. est Cyristicæ regionis in Syria. *Ptol.*
Rubeas, prom. est in mari Scithico. *Plin.* lib. 4.
Rubi, orum, pop. sunt in Italia. *Serv.*
Rubi, orum, opp. Campaniæ à Roborum frequentia dictum.
Rubeus, a, um, à Rubis. Virg. *Nunc facilis Rubea texatur fiscina virga.*
Rubicon, onis, fluv. est Italiæ propè Ariminum. *Plin.* lib. 3. Vulgò *Pissatello.*
Rubon, onis, fluv. est Sarmatiæ in Europa. *Ptol.*
Rubra, civ. est Corsicæ insulæ. *Ptol.*
Rubricata, civ. est Lelætanorum in Hispania. *Ptol.*
Rubricatus, fluv. est Numidiæ in Africa. *Ptol.*
Rubrum mare est, quod alio nomine dicitur Erytrhæum.
Rubrum mare dictum, quia solis repercussu aquas existimarunt talem reddere colorem.
Rucantii, pop. sunt in Alpibus siti. *Strab.*
Ruconium, opp. est Daciæ. *Ptol.*
Rudiæ, arum, urbs Salentinorum in Italia. Ennii Poëtæ patria.
Rubertus, filius hæreditarius Regis Hyberniæ, frater SS. Trudberti & Erentrudis, primusque Salsburgensis Episcopus, patronusque Pannoniæ, Bavariæ, & Noricorum. *Molanus.*
Rudusculana, porta Romæ, quod rudis impolitaque sit relicta.
Ruesium, opp. est Valenorum in Gallia Aquitanica.
Rufæ, arum, opp. est Campaniæ. *Macrob.* lib. 7.
Rufinus, vir consularis, à Fabricio Censore damnatus.
Rufrimaceriæ, opp. est Campaniæ. *Cato de Re Rust.*
Rufus Purpurio; Legatus Romanorum in Concilio Ætolorum. *Liv.* lib. 32.
Rufus, Centurio sub Scipione Africano militavit, cujus res gestas scripsit *Appian.*
Rufus Virgilius, orator, egregius, interfectus à Nerone. *Tacit.*
Rufus, Poëta Bononiensis, cujus *Martialis* meminit.
Rufus, medicus qui sub Trajano Principe multa conscripsit.
Rufus, Corinthius sophista, dicendi gloria insignis. *Pilostrat.*
Rugusci, pop. sunt in Alpibus siti. *Plin.* lib. 3.
Rugium, civ. est Germaniæ magnæ. *Ptol.* Vulg. *Cammin.*
Rulus, fluv. Momoniarum in Hybernia.
Rullus, viri proprium, qui legem Agrariam promulgavit, quam Cicero in suo Consulatu evertit. *Plin.* lib. 8. cap. 51.
Rumia, dea quæ rumis, id est mammis & prius lactentibus præsidebat. *Varr.*
Ruminalis ficus, sub qua lupa lactavit Remum & Romulum, quæ & Romula vocata est.
Rumin, cognominatus est Tyber, ex eo quòd ripas ruminat. *Serv.*
Rumicatæ, pop. sunt in Vindelicia. *Ptol.*
Ruoghtius, fluv. Momoniarum in Hybernia.
Ruonus, Abbas inter Sanctos relatus, filius Regis Hyberniæ.
Rupes Nigra, portus maritimus Lageniæ in Hybernia. Vulg. *Blakrok.*

Ruphiana, civ. est Nemetum in Gallia Belgica. *Ptol.*
Rusazus, opp. est Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*
Ruscino, Colonia est Provinciæ Narbonensis. *Plin.* lib. 3. cap. 4. Vulgò *Perpiñan.*
Ruscio, fluv. est ejusdem Provinciæ Narbonensis. *Ptol.*
Rusellæ, una ex coloniis, quas Janus in Mediterraneis Italiæ posuit. *Cato in Orig.*
Rusellæ, arum, civ. est Tusciæ mediterranea. *Ptol.*
Russella, colonia est in Hetruria. *Plin.* lib. 3. cap. 5.
Rusicada, opp. est Numidiæ in Africa. *Ptol.* Vulgò *Astora.*
Ruspæ, arum, sive Ruspina, opp. est Africæ propriè, *Ptol.* Vulgò *Alfaques*, *Villa y Puerto.*
Rusia, opp. Ultoniæ in Hybernia.
Rusticana, civ. est in Hisp. *Ptol.*
Rustonium, opp. est Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*
Rusoncore, opp. est Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*
Rutheni, pop. sunt Provinciæ Narbonensis. *Plin.*
Rutilii, pop. sunt Germaniæ magnæ. *Ptol.*
Rutilius, Geminus, libros Pontificales fecit. *Cic. in Bruto.*
P. Rutilius, primus legem pugnandi militibus tradidit.
Rutilius Lupus, Rethor, cujus meminit *Quintilianus.*
Rutilius, Romanus quidam nobilis, à quo familia Rutiliorum.
Rutuba, fluv. Liguriæ ex Apennino fluens. *Plin.* Vulgò *Rota, rio de Vintimilia.*
Rutuli, antiquissimi Italiæ pop. qui Latium tenuerunt. *Plin.*
Rutulus, a, um. Virg. *Rutulosqué exercent vomere colles.*
Rutun, civitas est Siciliæ insulæ.
Rutupia, arum, civ. est Britanniæ ins. Vulgò *Rochestre.*
Rutupinum, promontorium Britanniæ. *Luc.* lib. 6.

DE LITTERA S.

SAana, civ. est Syriæ curvæ. *Ptol* Melius *Gaana.*
Saba, civ. est Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Sabbatum Vadum, Liguriæ portus. Vulgò *Vali.*
Sabei, pop. sunt Arabiæ Fœlicis. *Strab.* lib. 6.
Sabæ, civ. est Libyæ interioris. *Ptol.*
Sabææ aræ, ponuntur in Media. *Ptol.*
Sabæus, a, um, à Saba. ut *Thus Sabæum.* Virg.
Sabacus, Æthiopum Rex, qui Amasim Ægypti Regem fugavit, & illius Regnum 50. annis obtinuit. *Herod.*
Sabagena, civ. est Armeniæ minoris. *Ptol.*
Sabalassus, civ. est præfecturæ Sagarausanæ in Cappadociæ.
Sabalia, civ. est Cappadociæ. *Ptol.*
Sabalingii, pop. sunt Germaniæ. *Ptol.*
Sabata, palus est in Tuscia. *Strab.* Undè Sabatinus. Vulgò *Lago de Anguilare.*
Sabatina, tribus à palude Sabata. *Fest.*
Sabathra, civ. est Sirtis parvæ. *Ptol.* Vulgò *Raximagabis.*
Sabatii, pop. sunt Galliæ Cisalpinæ. *Strab.*
Sabatinus, vicus Romæ, authore *Fabio.*
Sabatium, opp. est maritimum Liguriæ. Vulgò *Saona.*
Sabelli, opp. sunt Italiæ, qui & Samnites: undè.
Sabellicus, a, um. *Virg.--dentesque Sabellicus exacuit sus.*
Sabeto, sive Sabetos, fluv. est ad Neapolim.
Sabi, pop. Phrygiæ. *Steph.*
Sabdius, vir Romanus, qui plus vorabat, quàm posset concoquere: quem *Martialis* Epigrammate insectatur.
Sabis, Arabum deus, cui decimas mensura non pondere persolvunt.
Sabinianus, Pontifex Romanus, anno. 604.
Sabini, antiquissimi pop. Italiæ. *Plin.* lib. 3.
Sabini, i, à *deorum cultu & religione dicti.*
Sabinis urbs est Paphlagoniæ in Galatia. *Ptol.*
Sabinus, declamator fuit tempore *Senecæ.*
Sabinus, Vespasiani frater, interfectus à Vitellio.
Sabinus, Sophista sub Adriano Principe, scripsit declamationum libros quatuor. *Suid.*
Sabinus Masurius, scripsit Fastorum & rerum memorabilium libros. *Suid.*
Sabinus Syrus vir memorandæ fortitudinis. *Joseph.*
Sabinus Tyro, scripsit de re hortensi. *Plin.* lib. 19. cap. 10.
Sabis, fluv. est Galliæ. *Cæsar in Commentariis.* Vulgò *Samble, rio que pasa por Namur.*
Sabiusa, porta dicebatur, quæ rectè in Sabinos ducebat.
Sabosi, pop. sunt Sarmatiæ in Europa. *Ptol.*
Sabora, urbs Arabiæ in monte excelso. *Joan. Camer.*
Sabrina, æstuarium est maris Britannici, aut fluv. juxta. *Tacit Ptol.*
Sabubures, pop. sunt Africæ propriæ. *Ptol.*
Saburotes, pop. sunt in eadem Africa.
Sabuta, civ. est Indiæ *Strab.* lib. 15.
Sabylls, vir Gelous, Cleandri Siciliæ tyranni interfector. *Her.* lib. 9.
Sacada, civ. est Assyriæ. *Ptol.*
Sacæ, arum, pop. sunt latè patentes in Scythia Asiatica. *Plin.*
Sacalbina, civ. est Armeniæ majoris. *Ptol.*
Sacarum regio, est in Asia ultra Caspium, Sogdianis conter(mina.
Sacartia, civ. est Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Sacciaza, villa est Syrtis magnæ. *Ptol.* Vulgò *Zedicho.*
Sacer mons ponitur in Creta ins. *Ptol.*
Sacer mons, locus propè Romam ad tertium milliarum, supra Anienem fluvium.
Sacer fluv. est Sardiniæ insulæ. *Ptol.*
Sacerani, dicti sunt Reati orti. *Fest.* Forsan Sacrani.
Sachalitæ, pop. sunt Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Sachalites sinus in quo Pela-giæ 7. insulæ jacent. *Steph.*
Salicis, opp. est Beticæ mediterraneum. *Ptol.*
Sacola, civ. est Æthiopiæ Ægypti. *Ptol.*
Sacoli, pop. sunt Sarmatiæ Asiaticæ. *Ptol.*
Sacos, vicus Pieriæ in Lacedæmone: gentile Sacius. *Steph.*
Thybris, viri proprium Æneæ comitis. *Virg.* lib. 10. *Æneid.*
Thydonos, opp. est Cariæ conventus Alabandici.
Thydella, civ. est Oenotriæ. *Steph.*
Thyessos, civ. est Lydiæ, à Thyesso caupone. *Steph.*
Thyestes, filius Pelopis ex Hippodamia, Atrei frater, & Tantali nepos.

Thyes-

Thyesteus, a, um. *Ovid.* 15. *Metam. Neve Thyesteis cumulemus viscera mensis.*
Thyia, Deucalionis filia, ex Jove peperit Macedoniam, quæ regionis nomen dedit. *Steph.*
Thyia, filia Celphisi, à qua & urbs ejusdem nominis.
Thymatadæ, vicus Hippothontidos tribus. *Steph.*
Thymber, Latinus quidam à Pallante occisus. *Virg.* 10. *Æneid.*
Thymbra, campus est Troadis, à copia thymbræ herbæ dictus.
Thymbræus, a, um, quod ad Thymbram pertinet. (*Serv.*
Thymbræus, Apollo dicitur, quia in eo loco, & nemus, & templum ejus est, ubi à Paride Achiles occisus. *Serv.*
Thymbrara, civ. Asiæ, à qua Tymbrarenses, & Thybraræi.
Thymbris, sive Tybris fluv. est Romæ. *Steph.* (*Steph.*
Thymbrius, fluv. est per Thymbram fluens. *Steph.*
Thymele, mulier quæ prima saltationem in scena docuit.
Thymelici, dicti sunt ludi Histronium. *Vitr.*
Thymiateria, civ. est Libyæ. *Steph.* (*Æneid.*
Thymœtes, vates fuit filius Priami, & Arisbes. *Ser. in* 2.
Thyce, civ. est Libyæ. *Steph.*
Thynnias, idis, ins. est in fronte Bithyniæ. *Strab.* lib. 12.
Thynnias, ins. est inter ostia Istri fluminis. *Pomp.*
Thynnias, opp. est Thraciæ. *Plin.* lib. 4. cap. 11.
Thynnias, fluv. est in eadem Thracia.
Thynneius, a, um, à prædictis oppido & insula *Ovid.*
Thynniacus, a, um. Propert. *Grata domus Nymphis humida Thynniacis.*
Thynnos, opp. est Ciliciæ. *Plin.* lib. 5. cap. 27.
Thynnus, sive Tynus, urbs, Ægypti. *Hier. de Viris ilustrib.*
Thynus, viri proprium, cujus meminit *Orpheus in Argonauticis.*
Thyoneus, Bacchi Epitheton, quòd ei adhuc inter humanos versanti sacrifica etur. *Horat.*
Thyræon, civ. est Arcadiæ. *Steph.*
Thyre, vel Thyrea, locus est in Peloponneso.
Thyre, opp. est Laconiæ regionis.
Thyrea, oppidum est in confinio Argivi, & Laconici agri.
Thyrea, ins. est adjacens Peloponneso. *Herod.* lib. 3.
Thyrides, ins. sunt in sinu Asinæo. Plin. lib. 4. cap. 12.
Thyros, urbs in Regno Nestoris, teste *Homero.*
Thyrsagetæ, pop. iidem, qui Thyssagetæ, & Thussagetæ.
Thyrsis, nomen est pastoris apud *Virg. in Bucolicis.*
Thyssamissa, civ. est in Caria regione. *Plin.* lib. 5.
Thyssagetæ, pop. Septentrionales juxta Mæotidem. *Steph.*
Thyssus, opp. est juxta montem Atho. *Herod.* lib. 7.

T ANTE I.

Tia Julia, opp. est in Hisp. *Ptol.*
Tiarantus, fluv. est Scytiæ in Istrum defluens. *Herod.*
Tiasum, opp. est in Dacia. *Ptol.*
Tibareni, pop. sunt Scythici in Asia. *Herod.* lib. 4.
Tibeon, mons Phrygiæ à Tibeo quodam. *Steph.*
Tiberias, civ. est Palæstinæ Judeæ, in gratiam Tiberii sic appellata.
Tiberias, lacus ponitur in eadem Judæa. *Ptol.*
Tiberii forum, civ. est Helvetiorum in Gallia. *Ptol.*
Tiberinates, pop. sunt Umbriæ in Italia. *Plin.* lib. 3.
Tiberius inter Cæsares notissimus, Augusti succesor.
Tibereius, Grammaticus, de Ideis orationibus scripsit libros 3. aliaque complura. *Suid.*
Tibereius, a, um. Stat. *Tibereio primam Aula tibi vix dum, &c.*
Tiberiopolis, civ. est Phrygiæ. *Ptol.*
Tiberis, juxta aliquos, à Tiberino Albanorum Rege, in eo merso dicitur. *Livius, & Ovid.*
Tiberis cognominatus est Serra, ab eo quod ripas secaret.
Tiberis præterea dictus est Rumon, qui easdem ripas ruminaret.
Tiberis, primum ab aquarum colore Albula, deinde Tiberis appellatus.
Tiberis juxta alios, à Teberi Hetruscorum Rege antiquissimo nomen habet.
Tiberinus, a, um. Luc. *Tiberina in flumine rivo.*
Tiberina ostia, quà Tiberis exit in mare.
Tibrinus, per Syncopen pro Tiberinus. Claud. *Rediensque per undas Chœlia Tibrinas.*
Tiberinis, idis. Ovid. *annuerant Nymphæ Viberinides omnes.*
Tiberius, nomen Imper. Romani, Augusti succesoris.
Tiberii, dicti sunt, qui juxta Tiberum fluv. nascerentur.
Tibesis, fluv. est Scythiæ ex Hæmis montibus in Istrum defluens. *Herod.* lib. 4.
Tibisca, civ. est Mysiæ interioris. *Ptol.*
Tibiscum, opp. est in Dacia. *Ptol.*
Tibiscum, fluv. est in Dacia. *Ptol.* Vulgò *Tissa.*
Tibullus, Poëta, aliquantum ad amores & delicias proclivis.
Tibulatii, pop. sunt Sardiniæ insulæ. *Ptol.*
Tibur, opp. Italiæ sexdecim millia passuum ab Urbe distans. Vulgò *Tiboli.*
Tibures, pop. sunt Sabinorum in Italia. *Plin.* lib. 3.
Tiburi, pop. sunt Hispaniæ Tarraconensis. *Ptol.*
Tiburs, commune trium est. Meminimus in Tiburti Bibliotheca.
Tiburtini, pop. sunt Umbriæ in Italia.
Tiburtis, è *Gell.* In Tiburte jure concertamus.
Tiburtinus, a, um, quod est ex Tiburte.
Tiburtius, a, um. Virg. *Tum gemini fratres Tiburtia littora linquunt.*
Ticarius, fluv. est Corsicæ insulæ. *Ptol.*
Ticena, civ. est inter Bragdam, & Tritonem in Africa.
Ticher, fluv. est Hispaniæ citerioris.
Tichis, fluv. est Provinciæ Narbonensis.
Tichos, Castellum Achajæ: incola Tichites. *Steph.*
Ticinum, opp. est in Traspadana regione. *Plin.* Vulg. *Pavia.*
Ticinus, fluv. opp. vicinus in Padum amnem defluens Vulgò (*Pesino.*
Tiela, una ex tribus Hyblis Siciliæ. *Steph.*
Tiernus, fluv. est in Apulia regione.
Tifata, opp. est Latii, quod interiit. *Plin.* lib. 3. cap. 5.
Tifata Iliceta, inquit Festus, Romæ autem Tifata Curia.
Tifernum, opp. est Umbrorum in Italia. *Ptol.* Vulgò *Città de Castello.*
Tifernus, fluv. est Italiæ. *Plin.* Vulg. *Fortoro en Puglia Piana.*
Tifernates, pop. Italiæ juxta Teanum, & Lucrinum in sexta regione Italiæ. *Plin.* lib. 3. cap. 14.
Tigana, opp. est Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*
Tigena, civ. est in Arabia Fœlici.
Tigilinus, vir fuit Romanus vitæ corruptissimæ, qui Neronem ad omnia corruperat. *Tac.*
Tigis, opp. Mauritaniæ Cæseriensis. *Ptol.*
Tigrana, civ. est Mediæ. *Ptol.*
Tigranes, Rex fuit majoris Armeniæ, de quo sæpè *Cicero.*
Tinagrocerta, civ. est Armeniæ majoris. *Ptol.* Vulg. *Sulthania.*
Tigris, fluv. est celebris ex Armenia oriens, qui instar bestiæ mira velocitate decurrit.
Tigulla, civ. est Liguriæ in Italia. *Ptol.* Aliàs dicta Segesta. Vulgò *Sigesto.*
Tigurinus, vicus, populus est, qui quartam Helvetiæ partem continet. *Cæs. de Bell. Gal.* Vulgò *Zurich.*
Tilium, civ. est littoralis Sardiniæ insulæ. *Ptol.* Vulgò *Repara.*
Tiliaventum majus, & minus, fluvii Venetæ regionis. *Plin. Majus,* vulgò *Talamanto*: minus *Stella* dicitur.
Tilos, ins. est in Mari Rubro. *Plin.* lib. 6. cap. 17.
Tilox, prom. est in Corsica insula. *Ptol.*
Tilphœssa, in Bœotia est. *Diod.* lib. 5.
Tilphosa, fons est subter Tilphosium montem labens, apud quem Tiresiæ vatis sepulcrum. *Strab.* lib. 9.
Tilphosius, mons est Bæotiæ.
Tilphoseum, regiuncula Thessaliæ, gentile Tilphoseus. *Steph.*
Timacum, opp. est Mysiæ superioris. *Ptol.*
Timæus, Siculus arrogantissimus, qui se res Græcas conscripturum jactabat. *Plutarchus* in Nicia.
Timæus, Philosophus Pythagoricus, cui Plato librum de Natura scripsit. *Suid.*
Tigamenes, Alexandrinus rhetor, qui Romæ docuit. *Suid.*
Timantes, pictor egregius Zeuxis tempore. *Plin.* l. 35. c. 9.
Timanchides, sculptor nobilissimus. *Plin.* lib. 36. cap. 5.
Timanchides, statuarius celeberrimus. Plin. lib. 34. cap. 8.
Timanthus, Orator Demosthenis amicus.
Timavus, fluv. est Venetæ regionis. *Plin.*
Timocles, comicus Atheniensis, fabulas scripsit, quarum nonnullas commemorat *Athenæus.*

Timoclia, mulier Thebana, stuprum à quodam barbaro Thracum Principe per vim passa, quem tamen in puteum dejecit. *Sabellic.*

Timolaus, Larissæus, discipulus Anaximenis Lampsaceni, scripsit poema de bello Trojano. *Suid.*

Timoleon, Corinthiorum dux inclitus, viribus fortissimus, vitaque abstinentissimus. *Plaut.*

Timomachus, Bizantinus, pictor nobilis Cæsaris Dictatoris tempore, fecit Medeam, & Ajacem. *Plin.* lib. 35. c. 11.

Timon, Atheniensis, temporibus fuit belli Peleponnesiaci, qui ob inhumanitatem dictus Misantropos.

Timon, Apolloniates, Philosophus Ptolomæo Philadelpho acceptus, scripsit Tragœdias, Comœdias, & Satiras.

Timonium, Castell. Paphlagoniæ, gentile Timonites. *Steph.*

Timotheus, Atheniensium dux potentissimus, qui acceptam à patre gloriam multis auxit virtutibus.

Timotheus, Atheniensis Comicus mediæ comediæ cujus fabulas narrat *Athæneus.*

Timotheus Milesius, Musicus fuit tempore Philippi Macedonis, scripsit de Musica libros 17.

Timotheus, scultor egregius, unus ex iis qui Mausolæum celavere. *Plin.* lib. 34. cap. 8.

Timotheus Gazæus Grammaticus, tempore Anastasii Principis, cujus nonnulla opera commemorat *Suid.*

Timotheus Licaonius patria, viduæ mulieris filius, præsul Ephesius, tum Pauli Apostoli, Epistolis, tum martyrio clarissimus.

Timyra, urbs juxta Isauriam Indiæ. *Steph.*

Tinda, opp. est in Thracia. *Plin.* lib. 4. cap. 11.

Tindium, urbs Libyæ: civis Tindonus. *Steph.*

Tingena, regio est Mesopotamiæ. *Ptol.*

Tingis Cæsarea, opp. est Mauritaniæ Tingitanæ ab Anteo conditum, & à Claudio Cæsare Traducta Julia appellatum Vulg. *Tanges.*

Tingitan, Provincia est Mauritaniæ à Tingi dicta.

Tinia, fluv. est in Tyberim defluens. Vulgò *Topino.*

Tinissa, civ. est Armeniç majoris. *Ptol.* (*Strab.* lib. 12.

Tios, opp. est Paphlagoniç Ponti, à Tio Sacerdote Melesio.

Tiparanissç, pop. juxta Caucasum. *Steph.*

Tipasa, civ. est Mauritaniç Cçsariensis. *Ptol. Virg. in Buccolicis.*

Tiphys, viri proprium, qui Argonautarum gubernator fuit.

Tiquadra, ins. est propè Baleares. *Plin.* lib. 3. cap. 5.

Tiresias, vates Tebanus, mutatus quondam in fœminam. *Hom.* (10. *Odyss.*

Tiria, urbs Leucoryrorum: gentile Tiricus. *Steph.*

Tiridates, Armeniç Rex, qui Romam veniens à Nerone diadema regi suscepit. *Tacit.*

Tiriscum, oppidum est Daciç juxta Danubium. *Ptol.*

Tirithia, civ. est in Mesopotamia. *Ptol.*

Tiryns, rynthis, fluvius est in Argo.

Tiryns, nomen est Patriç Herculis in Peloponneso.

Tisarantus, fluv. est Scythiç. *Herod.* lib. 4.

Tisdris, opp. est Mauritaniç Tingitanç.

Tisdritanus, a, um, à Tisdris. *Plin. Cossucium civem Tisdritanum.*

Tistas, Stesichorus poeta ante dictus: sed à Chorea id nominis sortitus est.

Tisicense, opp. est Africç propriç. *Ptol.*

Tisiphone, una ex Furiis infernalibus, sic à plectendis cçdibus dicta.

Tisis, urbs Ægypti, quam condidit Tisis: cives Lisitea. *Steph.*

Tisorgia, opp. est Galliç Belgicç.

Tissa, opp. est Siciliç ins. *Ptol.* Hodie *Tissi.*

Tissinensis, pop. sunt Siciliç ins. *Plin.* lib. 3. cap. 8.

Titana, regiuncula Sicyonia: gentile Titanius. *Steph.*

Titan, & Titanus, Saturni frater, Cœli & Vçste filius, pro Sole ponitur, quoniam à Titanibus duxit originem.

Titanas, sex fratres fuisse, & quinque sorores, à Titea matre dictos, asserit *Diodorus.*

Titanum unus, Japetus fuit, pater Promethei.

Titanius, a, um. Virg. *Lucentemque globum Lunæ, Titaniaque astra.*

Titaniacus, a, um. Ovid. *Hinc Titaniacis ablata draconibus, intrat, &c.*

Titanus, fluv. est, & oppidum Æolidis. *Plin.* l. 5. c. 30.

Titanus, portus est in Corsica insula. *Ptol.*

Titaresius, vel Titaresus, fluvius est Thessaliæ, in Peneum influens: quin eidem misceatur. *Lucan.*

Titaron, urbs Thessaliæ gentile Titaronius. *Steph.*

Tithonus, Laomedontis filius, qui Memnonem ex Aurora genuit, tamdemque in cicadam versus. *Horat.*

Tithonius, a, um, ut conjux Pithonia, i, Aurora. *Ovid.*

Tithorea, urbs Bœotiæ, à Tithorea Nympha. *Paus.* lib. 10.

Tithras, vicus in tribu Ægeide: indè Tithrasius. *Steph.*

Tithron, opp. est Phocidis regionis.

Tithia curia, & Titiensis tribus, dicta est à Tito Tatio. *Fest.*

Titiani, pop. sunt Corcicæ ins. *Ptol.*

Titianus, Orator Græcus, Præceptor Maximini Principis, scripsit libros Provinciarum pulchesrimos.

Titti, Sacerdotes fuere Apollinis, à *Varrone* sic dicti, à Titiis avibus, quas in auguriis observare solebant.

Titius, fluv. est Istriæ. *Plin.* lib. 3. cap. 19.

Titius, fluv. est Teuthaniæ regionis.

Titaneus, nomen montis apud *Dionysium,* lib. 1. *Steph.*

Titornus, bubulcus monstrosæ fortitudinis, cum Milone de robore certavit, ac vicit. *Ælian.*

Titortus, alterum ex duobus jugio Parnasi, alter Hyapæus

Tituscia, civ. est in Hisp. Vulgò *Illescas.*

Titus, fluv. in Illyride, seu Liburnia. Vulgò *Cherca.*

Titus, clarissimus Romanorum Princeps, Vespasiani filius, & frater Domitiani. *Sueton.*

Titus, prænomen Romanorum, à Timo, is, honoro.

Titus Livius, Patavinus, historicus celeberrimus.

Tityrus, nomen est pastoris apud *Virg.* & *Theocritum.*

Tiryus, filius fuit Jovis, ex Elara Orchomeni filia.

Tityum apud inferos damnatum hac lege Poetæ finguns, ut ejus jecur vultur semper exedat.

Tityum, tantæ magnitudinis Poeta fuisse dixerunt, ut jacens novem jugera occuparet. *Ovid.*

Tityus Sextus, orator homo loquax, & satis acutus, sed tamen solutus, & mollis in Gestu. *Cicer. in Bruto.*

T ANTE L.

Tlepolemus, Herculis fuit & Astioches filius, quem ex Ephira Peloponnesi urbe rapuerat. *Hom.*

Tletes, pop. Iberi juxta Tartesios. *Steph.*

Tlos, opp. est Lyciæ. *Plin.* lib. 5. cap. 27.

T ANTE M.

Tmarus, mons Thesprotiorum, qui & Tomarus dicitur. *Strab.*

Tmolus, mons Lidyæ est croco florentissimus, & vitibus consitus. *Plin.* lib. 5. cap. 19.

Tmolus, flumen est Lydiæ, ex prædicto monte defluens. *Plin.* lib. 33. cap. 8.

Tmolius, a, um. Ovid. *Africa quod segetes, quod Tmolia terra racemos.*

Tmous, filius Tremyli & Praxidices. *Stephanus.*

T ANTE N.

Tnyssus, urbs Cariæ: gentile Tnysseus. *Steph.*

T ANTE O.

Tobata, civ. est Paphlagoniæ in Galatia. *Ptol.*

Tobrieum, opp. est Hispaniæ citerioris. *Ptol.*

Tobrus, opp. est Africæ propriæ. *Ptol.*

Tocolosida, opp. est Mauritaniæ Tingitanæ. *Ptol.*

Todii, pop. sunt Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*

Toga, civ. est Armeniæ majoris. *Ptol.*

Tolasta, vicus est Paphlagoniæ in Galatia. *Ptol.*

Tolentinum, Italiæ oppidum in Piceno, celeberrimum S. Nicolao Tolentinate, miraculis clarissimo.

Tolentenates, istius oppidi incolæ. *Plin.* lib. 3. cap. 13.

Tolerienses, pop. Italiæ dicti, ab opp. Latii, quod interiit.

Toletum, civ. est Hisp. ulterioris. *Ptol.* Vulgò *Toledo.*

Toletani, pop. sunt Hispaniæ, conventus Carthaginensis.

Toletanus, a, um, à Toleto civitate dixit *Priscianus.*

Tolgus, civ. est in Epiro. *Strab.* lib. 7.

Tolistobii, vel Tolistobogii, pop. sunt Galatiæ. *Ptol.*

Tolophon, urbs Locrorum: gentile Tolophonius. *Steph.*

Tolosa, opp. nobilissimum in Gallia Narbonensi.

Tolosates, sive Tolosani, pop. sunt ibidem.

Tomarus, mons est Ætoliæ in regione Epirotica. *Ptol.*

Tomaros, mons est apud Molosios. *Sol.* cap. 14.

Tomeus, urbs juxta Odessum: gentile Tomites. *Steph.*

Tomeus, mons juxta Coryphasium promontorium. *Steph.*

Tomissa, regiuncula distinguens Cappadociam à Tauro, gentile Tomisenus, & Tomiseus. *Steph.*

Tom

Tomonia, sive Tomondia, Comitatus Memoniarum in Hybernia, à quo Comes Tomoniæ. *Ocahasa vind.* 2. cap. 1.
Tomos, opp. est Thraciæ. *Plin.* lib. 4. cap. 11.
Tomos, civ. est in Ponto, ubi Ovidius exulavit.
Tomos dicta, quòd illic Medea membra Absyrti fratris consecuit: Tomos enim Græcis, sectio est Latinis.
Tomitanus, a, um. Ovid. *Inque Tomitana condar oportet humo.*
Tomitus, a, um. Idem. *Non vocat, in qua sint positi regione Tomito, quærere, &c.*
Tomyris, Regina Massagetarum, quæ Cyrum debellavit, ejusque caput in utrem humano cruore plenum demisit, dicens: Sitisti sanguinem, Cyre; cruore te saturabo. *Herod.*
Tondarba, civ. est in Media regione. *Ptol.*
Tongri, aut potius Tungri, opp. Galliæ in Belgica, quorum civitas dicitur. Vulgò *Tongeren.*
Tonica, emporium est in sinu Barbarico. *Ptol.*
Tonzus, opp. est Thraciæ. *Ptol.*
Topazos, ins. est in mari Rubro, in qua reperitur Topazius, lapis mirè perlucidus.
Toporis, opp. est Thraciæ regionis. *Ptol.*
Toranius, Mango quidam, de quo *Plin.* lib. 7. cap. 12.
Toretæ, pop. sunt juxta Mæotim. *Strab.* lib. 11.
Tormis, fluv. Hisp. juxta Salmanticum fluens.
Tornacum, civ. est Galliæ Belgicæ. Vulgò *Tocrnay.*
Tornates, pop. sunt Galliæ Aquitanicæ. *Plin.* lib. 3.
Torone, oppid. est Macedoniæ. *Plin.* lib. 4. cap. 10. Vulgò *Agiomamma.*
Toronæus sinus, qui Toroni civitati adjacet. *Steph.*
Torone, civ. est Halmenidis regionis in Epiro. *Ptol.*
Torone, opp. est Troadis. *Steph.*
Toronne, per duplex *nn.* & *omicron* utrobique, oppidum Siciliæ. *Steph.*
Torquatus, cognomen Titi Manlii, otorque à impositum, quem Gallo ad Anienem occiso detraxit.
Torrhebus, urbs Lydiæ, à Torrhebo Atys filio. *Steph.*
Tortomion, urbs inter Siriam & Armeniam. *Steph.*
Totrosa, nunc dicitur, quæ olim Aniaradus.
Totena, regio est Armeniæ majoris. *Ptol.* Melius Motena.

T ANTE R.

Trabala, urbs Lyciæ: gentile Trabalæus. *Steph.*
Trabea, nomen Poëtæ, cui inter Comicos octavus locus assignatur. *Cic.* l. 4. *in Tusc.*
Trachalus, orator Domitiani temporibus, sobrius & satis apertus fuit. *Quint.* l. 12. cap. 5.
Trachea, vocatur tota Isauria: item Ciliciæ pars extra Tharum. *Strab.* Hinc Thracheote.
Trachiæ, ins. est propè Corcyram. *Plin.* lib. 4. cap. 12.
Thrachis, vel Trachio, inis, civ. est Thessaliæ, quæ Heraclea ab Hercule conditore cognominata. est. *Plin* lib. 4. cap. 7.
Trachin, vel Trachis, urbs est Bœotiæ. *Strab.* lib. 9.
Trachonites, regio est Syriæ Palæstinæ. *Plin.* lib. 5. cap. 18.
Trachonitis, Tetraches fuit Philippus, juxta Evangelium Lucæ.
Thrachina, opp. Campaniæ, priùs dictum Anxur, posteà Tarracina.
Trachynius, dictus est Ceyx, à Thrachine urbe, in qua regnavit. *Ovid.*
Trachyni, orum. *Cic.* Quas hinc voces apud Sophoclem in Trachynis ediit.
Tractari, videntur esse, quos *Claudianus* Tartaros apellat.
Tragasæ, regio Epiri, à tragaso quodam. *Steph*
Tragiæ, insulæ sunt in ora Joniæ *Strab.* lib. 14.
Tragia, insula una è Sporadibus. *Plin.* lib. 4. cap. 12.
Tragilos, urbs Thraciæ Chersonesi. *Steph.*
Tragium, oppid. est in Peloponneso. *Strab.* lib. 8.
Tragos, insul. est contra Ephesum, Anacreontis patria.
Tragone, Toparchia est Judææ Palæstinæ. *Plin.* lib. 5. c. 15.
Tragonica, civ. est. in Perside regione. *Ptol.*
Tragurium, ins. cum oppido ejusdem nominis adjacens Dalmatiæ. *Plin* Vulg. *Trau.*
Trajana, civ. est Picenorum mediterranea. *Ptol.*
Trajana, civ. est in Germania inferiori.
Trajanopolis, civ. est in Thracia Chersoneso. *Plin.*
Trajanopolis, civ. est Phrygiæ majoris in Asia. *Ptol.*
Trajanus, portus est in Tuscia. *Ptol.* Hodie Volaterranorum portus dicitur. Vulgò *Puerto Fangozo.*
Trajanus, natione Hispanus, inter Cæsares optimus.
Trajanus, Patritius, qui sub Justiniano Principe floruit, scripsit epitomen temporum. *Suid.*
Tralia, opp. ac portus maritimus Momoniarum in Hybernia.
Tralion, regio in Bithynia, pertingit usque ad Estacenum sinum: gentile Tralii. *Steph.*
Tralleis, ium, ibus, (pluralis tantùm numeri) civ. est Cariæ regionis, ab Argivis, & Tracibus condita *Plin.* lib. 5. c. 19.
Tralleis, urbs Lydiæ juxta Mæandrum, quæ & Evantia, Seleucia, & Antiochia dicitur.
Tralliani, sive Tralilenses, pop. à Trallibus.
Trallius, a, um. *Livius* lib. 27. Extremos, inquit, Trallios.
Tranoducta, civ. est Bastulorum in Hisp. *Ptol.*
Tranomontani, pop. sunt in Sarmatia Europæ. *Ptol.*
Transalpina Gallia, eadem quæ Comata. *Calep.*
Transapeninna, Italiæ pars est. *Sempron.*
Transistrana, regio quæ est trans Istrum fluvium.
Transpadana, regio est quam prisci Tusci tenuêre. Vulgò *Lombardia.*
Trapeza, urbs Arcadiæ propè Tricolon. *Steph.*
Trapezus. untis, civ. est Cappadociæ. *Plin.* Vulgò *Trapezunda*
Trapezus alia in Arcadia, à Trapezunte Lycaonis filia. *Steph.*
Trapezuntius, a, um, res ad Trapezuntem pertinens.
Trapezopolis, civ. est Cariæ regionis. *Ptol.*
Trapezopolisæ, pop. sunt Cariæ, conventus Alabandici. *Plin.*
Trapezunta, civ. Ponti Cappadocum in Cappadocia. *Ptol.*
Trahe, urbs juxta Pontum: incola Trapheus. *Steph.*
Trasymenus, lacus in agro Perusino. Vide supra Trasumenus. Vulgò *Lago de Perusia.*
Traucheni, pop. juxta Pontum Sindis finitimi. *Steph.*
Traussii, pop. quos Græci Agathypsos nominant. *Steph.*
Treba, civ. Latinorum mediterranea.
Trebatius, Jurisconsultus Ciceronis familiaris.
Trebia, fluv. est in Padum defluens. *Plin.* lib. 3. cap. 16.
Trebiates, pop. sunt Umbriæ in Italia. *Plin.* lib. 3 cap. 14.
Trebonius, vir qui cum Bruto & Casio conjuravit in Cæsarem, in Asia fraude Dolabellæ interfectus.
Trebula, civ. est Campanorum mediterranea. *Ptol.*
Trebulani, pop. sunt Italiæ à Trebula. *Plin.* lib. 3.
Trecæ, urbs nobilis, & potens in Campania Gallica. Vulgò *Tvota en Campaña.*
Trecasses, pop. sunt Galliæ Lugdunensis. *Plin.* lib. 4. cap. 10.
Trecus, vir Ætolus, bellator egregius. *Homer.* 5. *Iliad.*
Tremisæ, vocabatur olim Lycia: incolæ Tremissei. *Steph.*
Tremithus, vicus in Cypro: incolæ Tremithusii, *Steph.*
Treres, pop. sunt Macedoniæ finitimi. *Plin.* lib. 4. cap. 10.
Trerus, fluv. Italiæ juxta Fabrateriam fluens. *Strab.*
Trerus, regiuncula Thraciæ. *Steph.*
Trepilios, insula est in ora Joniæ. *Plin.* lib. 5. cap. 31.
Treviri, pop. sunt Galliæ Belgicæ. *Cæsar.*
Trevircus, a, um. *Auson.* *Trævircaque urbis solium.*
Triacenses, pop. sunt Piceni in Italia. *Plin.* lib. 3.
Triachosanchia, pars est Arabiæ ad Babylonem.
Triatus, magnus orator, cujus meminit *Cic.* de *Clar. Orator.*
Triballi, Epiri pop. Dardanis opositi. *Plin.* lib. 4. cap. 1.
Tribanta, civ. est in Phrygia magna. *Ptol.*
Tribones, sive Triboci, pop. sunt Galliæ Belgicæ. Vulgò *Los de Alsacia.*
Tribulium, opp. est Liburniæ. *Plin.* l. 3. c. 22.
Tribunus, quæstor Justiniani fuit, Christianæ religionis contemptor.
Trica, vel Tricca, opp. est Thessaliæ. *Steph.*
Trica, civ. in Apulia Dauniorum à Diomede eversa. *Plin.* l. 3. c. 10.
Tricalon, urbs Sicorum: gentile Tricalinus. *Steph.*
Tricara, castellum Philasiæ: gentile Tricareus. *Steph.*
Tricasii, pop. sunt Galliæ Narbonensis. *Plin.* lib. 3. cap. 4.
Tricastinus, a, um. S. I. *JamqueTricastinis incedit finibus agmen.*
Trichæne, opp. est Phocidis. *Plin.* lib. 3. cap. 2.
Tricolorium, regio est in Provincia Narbonensi. *Plin.* lib. 3.
Tricomia, civ. est Phrygiæ magnæ. *Ptol.*
Tricongius, vir qui epotis tribus congiis spectante Tiberio principe, nomen sibi vindicavit præclarum. *Plin.* l. 14. c. 22.
Tricornesii, pop. sunt Mysiæ superioris. *Ptol.*
Tricornium, civ. est Mysiæ superioris. *Ptol.*

Tricorytus, civ. est in Attica regione. *Strab.* lib. 8.
Tridentum, opp. est Rhæciæ, in Alpium angustiis situm. *Ptol.* Vulgò *Trento.*
Tridentini, pop. sunt ejus incolæ. *Plin.* lib. 3. cap. 19.
Triena, civ. est Cariæ regionis. *Ptol.*
Trieris, opp. est Syriæ Phœnices. *Plin.* lib 5. cap. 20.
Trierum, promont. est Syrtis parvæ. *Ptol.*
Trifolinum, Campaniæ oppidum fuit, à quo Trifolinus ager. *Juvenal.*
Trigarium, locus juxta campum Martium. *Plin.* lib. 37. c. 13.
Trigemina, porta Romæ dicebatur, per quam Trigemini fratres Horatii exierunt. Vulgò *Puerta de San Pablo.*
Trimanium, opp. est Mysiæ inferioris. *Ptol.*
Trimethus, civ. est in Cypro ins. *Ptol.*
Trimmia, opp. Mediæ in Hybernia, Academia olim celebris.
Trimontium, oppidum est Britanniæ ins. *Ptol.*
Trimontium, civ. Thraciæ, quæ Adrianopolis, & Philipolis. Vulgò *Adrianopoli.*
Trinacria, ins. priùs dicta, quæ posteà Rhodus. *Plin.* Vulgò *Rodas.*
Trinacria, ins. eadem quæ Sicania, sive Sicilia.
Trinacria, dicta est à tribus promontoriis, Pachino, Lilybæo, & Peloro, vel à trinacro Neptuni.
Trinacris, idis. Ovid. *Trinacris est oculis, te duce, visa meis.*
Trinacrius, a, um Virg. *Præstat Trinacrii metas lustrare Pachyny.*
Trinassus, navale est in Peloponneso. *Ptol.*
Trinemii, pop. sunt in Attica. *Strab.*
Trinomes, vicus in Crecopide tribu. *Steph.*
Trinessa, locus Phrygiæ: gentile Trinessæus. *Steph.*
Trinium, fluv. est Italiæ propè Rifernum. *Plin.* lib. 1. Vulgò *Trenio.*
Trinobantes, pop. sunt Britanniæ insulæ. *Ptol.*
Triochala, civ. est in Sicilia, de qua *Silius.*
Triochanali, pop. sunt ejusdem Siciliæ insulæ.
Triocidis Hecate, quòd in triviis colatur. *Steph.*
Triopas, Rex fuit Thessalorum, Meropis pater.
Triopium, promontorium est Dodidis. *Plin.* lib. 5. cap. 28.
Triozenus, Trax fuit, unus ex his qui venêre in auxilium Trojanorum, *Homer.* 2 *Iliad.*
Triphylia, regio est in Peloponneso. *Strab.* lib. 8.
Tripodes, & Tripodiscion, locus est in Attica. *Strab.* lib. 8.
Tripolis, tres sunt civitates in Syria Ohœnices, Tyrus, Sydon, & Aradus. *Strab.*
Tripolis, tres sunt civitates Africæ inter Syrtes, Abrotonum, Tophila, Leptis magna. *Pomp.*
Tripolis, tres sunt item civitates in Caria.
Tripolissi, vel Tripolissio, pop. Thesprotici. *Steph.*
Tripolitani, pop. sunt conventus Sardiani. *Plin.* lib. 5.
Tripolites Græcis dicitur, quod Latinis Tripolitanus. *Donat.*
Tripotium, Umbriæ opp. sic dictum, quòd tres habeat pontes.
Triptolemus, Celei filius, inventor aratri & agriculturæ in Attica regione. *Serv.*
Triquetra, Sicilia ins. dicitur, quòd trianguli figuram habeat.
Triquetrus, a, um. S lius. *Triquetrius quam miseratoris.*
Trita, opp. est juxta Appeninum. *Plin.* lib. 3. cap. 5.
Trisanthon, fluv. est Britanniæ insulæ. *Ptol.*
Trisela, opp. est Siciliæ insulæ.
Trisidis, opp. est Mauritaniæ Tringitanæ. *Ptol.*
Trismegistus, nepos fuit majoris Mercurii, quem Nilii filium fabulantur fuisse.
Trismegistus dictus, quasi *ter maximus,* quòd scilicèt maximus Philosophus, maximus sacerdos, & maximus Rex fuerit.
Trispiæ, pop. sunt Thraciæ. *Steph.*
Tristolus, civ. est Sinticæ regionis Macedoniæ. *Ptol.*
Tritanus, gladiator fuit prodigiosæ fortitudinis. *Plin.*
Tritæa, urbs Achajæ: civis Tritæus. *Steph.*
Trites, pop. fuerunt Achivorum. *Herod.* lib. 1.
Tritium, Metalum, civitas est Berorum in Hispania. *Ptol.* Vulgò *Tafalla.*
Tritium Tuboritum, civ. est Vardulorum in Hisp. *Ptol.* Vulgò *Nájera.*
Triton, deus marinus, Neptuni & Salatiæ marinæ Nymphæ, ab aqua salsa dictæ, filius. *Serv.*
Triton, fluv. & palus est inter duas Syrtes. *Luc. Torpentem Tritonis adit illæsa paludem.*

Triton, prom. est in Numidia.
Tritonis, idis Luc. *Tritonide dixit ab unda.*
Tritonia, dicta est Minerva quòd circa hunc lacum primùm visa est habitu virginali.
Tritoniacus, a, um, Ovid. *Qui Tritoniacam novies subiêre paludem.*
Tritoniace, urbs Ponti, eadem quæ suprà *Tomos* appellata.
Trittæa, civ. est in Achaja, cujus meminit. *Strab.*
Trittæenses, pop. sunt in eadem Achaja, *Strab.* lib. 8.
Trivia, dicta est Diana, quòd triviis præesset: proptereà tres facies habere fingebatur. *Virg.*
Triviati, pop. sunt Alpini. *Plin.* lib. 3. cap. 20.
Triumphale, cognomento Ipasturgi: opp. est Bæticæ. *Plin.*
Triumphalis, porta Romæ dicta est, quòd per eam triumphantes victores in Urbem deducerentur.
Triumpilini, pop. sunt Euganeorum. *Plin.* lib. 3. cap. 20.
Trizi, pop. juxta Istrum, Meridiem versus. *Steph.*
Troas, civ. quæ priùs Troja appellabatur. *Hier.*
Troas, regio est Asiæ minoris Hellesponto adjacens.
Troas, quondam Æolis, & Mysia appellata fuit. *Plin.* lib. 5. cap. 30.
Troas, atis, patronimicum fœmininum. *Virg.- secretæ Troades acta,* id est mulieres Trojanæ.
Troemi, pop. sunt Galatiæ. *Ptol.*
Troctes, vir quidam è Phœnicia, aptus ad decipiendum. *Hom.* lib. 11. *Odyss.*
Trœben, opp. est in Peloponneso, à Trœzene Pelopis filio conditum. *Ptol.* Vulgò *Predena.*
Trœzen, opp. Cariæ conventus Alabandici. *Plin.*
Trœzen, multi soluta diphtongo proferunt, Troezen.
Tœzen, Græci per *oi* proferunt, quam nos in œ veritimus.
Trœzenia, regio in minori Asia, à qua Træzenii.
Trœzenii pop. fide societatis Atticæ illustres, in ipso Chersoneso siti. *Pomp.*
Troëzenius, a, um. Ovid. *Hac Ixionides, illic Troëzenius heros.* Terithoum, ac Thesea intelligens.
Trogiliæ, ins. sunt in ora Joniæ. *Plin.* lib. 5. cap. 32.
Trogilia, ora est in Jonia. *Plin.* lib. 5. cap. 29.
Trogilos, urbs in Sicilia: & regio in Macedonia. *Steph.*
Troglodytæ, pop. sunt Æthiopiæ Ægypti cavernas incolentes à *Troglon.,* quod specus significat, appellati.
Troglodytica, regio est in eadem Æthiopia. *Ptol.* Vulg. *El Reyno de Melinda, en Etiopia.*
Troglodytæ sunt, quos dicunt Magabares. *Diod.*
Troglodytæ alteri, pop. sunt Septentrionales.
Troja, regio est minoris Asiæ, in qua fuit Ilion civ. Regia Priami.
Troja, à Troë Rege dicta; sicut antè Teucria à Teucro, & Dardania à Dardano.
Troja, urbs quam Æneas condidit. Virg.-*Trojæ cum conderet urbem.*
Troja, item dicitur lusus puerorum equestris, ab Ænea in Sicilia ad Anchisæ patris tumulum constitutus. *Fest.*
Troja, locus in agro Laurenti, in quo primùm Æneas cum sociis constitit. *Liv.* 1. *ab. Urbe.*
Troja, vicus in Attica, qui nunc Zipetu vocatur. *Steph.*
Trojanus, a, um, Troja. Virg. 2. Æned. *Trojanas ut opes, &c.*
Troicus, a, um. Ovid. *Troica fata canunt. &c.*
Troïus, a, um, trium syllabarum. Virg.- *armaque fixit Troia.*
Trojugenus, a, um, à Troja genitus. Ennius. *Trojugenas bello claros.*
Troitus mons, & Troites, fluvius in Ægypto sunt. *Steph.*
Tros, qui ex Troja est. Virg. *Tros, Tyriusque mihi, &c.*
Troici lapidis dorsum, mons est Ægypti. *Ptol.*
Troilus, filius fuit Priami & Hecubæ, ab Achille occisus, quo vivo, Troja capi non poterat.
Troitum, sive Troicum, opp. Phaliscorum finitimum Hetruscis.
Troizenus, aut Triozenus, Thrax fuit, unus ex his qui Trojanis in auxilium venêre. *Hom.*
Tromentina, tribus dicta est à campo Tromentino. *Fest.*
Tromentina, tribus est à loco Cœlii. *Fabio Pict.*
Tromitum, opp. est Locrensium. *Hom.* 2. *Iliad.*
Trophæa Augusti, locus est in Italia. *Ptol.* Vulgò *Terbias cerca del Puerto de Monaco.*

Trophæ Crusi, locus est in Germania. *Ptol.*
Trophæa Pompeii, sunt in montibus Pyrenæis.
Trophonius, vates summus in secandis saxis artifex, adytum Delphicum ex 5. lapidibus struxit. *Stat.*
Tros, Rex Trojæ fuit, Ganymedis pater, à quo Troja dicta.
Trossulum, opp. est, Tusciæ mediterraneum. *Plin.* lib. 33. c. 2.
Trossuli à Trossulo victi sunt equites Romani. *Cat. in Orig.*
Trucones, ins. sunt in mari Adriatico. *Plin.* lib. 3.
Trudbertus, Martyr, filius Regis Hyberniæ, frater SS. Rudberti & Erentrudis, Patronusque Frisgangensium. *Canisius, tom. 6. Antiq. lect.*
Trudentinus, a, um, an Tridentinus, an Tivertinus, à Trudento.
Trudentinus, a, um, Sil. *Quinque Trudentinas servat, &c.*
Trudentinates, pop. sunt in Samnitibus.
Truentum, opp. est & flumen in Piceno. *Plin* Vulgó *Trento.*
Truentinorum forum, in eadem regione est,
Trulla, portus est in Arabia. *Ptol.*
Tryphe, urbs Eubœæ: gentile Triphelis. *Steph.*
Tryphiodorus, Ægyptius poëta, scripsit Maratoniaca poëma de excidio Ilii, & alia. *Suid.*
Tryphon, Alexandrinus Grammaticus Augusti tempore, scripsit de copia orationis. *Suid.*
Tryphon alius, Origenis auditor, ad quem nonnullæ ejus extant epistolæ. *Heronym.*
Tryxæ, opp. in Thera insula. *Herod.*

T ANTE U.

Tuamia, opp. Conaciæ in Hybernia, unde Archiepiscopus Tuamensis.
Tuati vetus, & nova, oppida sunt Bæticæ. *Plin.* lib. 3.
Tubanti, pop. sunt Germaniæ magnæ. *Ptol.*
Tubero, onis, fluv. est apud Indos. *Pom.* lib. 3. cap. 7.
Tubero, Romanus notissimus ex oratione *Cic.* pro Ligario.
Tuburbius, civitas est Africæ propriè dictæ. *Plin.* lib. 5. cap. 4.
Tubusuptus, opp. est Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*
Tubustini, pop. sunt Hirpinorum in Italia. *Plin.*
Tucata, civ. est Lybiæ interioris. *Ptol.*
Tucca, opp. est Numidiæ novæ in Africa. *Ptol.*
Tucca, opp. est inter Trabacam & Bragadam.
Tucca, civ. est Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*
Tucca, Varius & Plocius, tres viri doctissimi & amici Virgilii, quibus Augustus Virgilii carmina tradidit emendanda.
Tucci, opp. est Bæticæ conventus Astigitani. *Plin.* lib. 3. c. 1. Vulgò *Suciro*: aliis *Martos* (in cribro, *Plin.* l. 28. c. 2.
Tuccia, Virgo Vestalis, quæ incesti accusata, aquam pertulit
Tuccinus, a, um, res ad Tuccos pertinens.
Tucris, civ. est Hisp. *Ptol.* Vulgò *Tudela.*
Tucruimuda, civ. est Libyæ interioris. *Ptol.*
Tueubis, opp. est Africæ propriæ. *Ptol.* (*Tuy.*
Tude, civitas eadem, est quæ Tyde in Gallæcia. *Solin.* Vulgò
Tudernum, opp. est in Casano itinere ab Urbe in Gallias, Vulgò *Murno*, ó *Maderno.*
Tuderdis, una est Tuscis æquè ac ejusdem nominis Florentia.
Tuder, sive Tudertum, opp. in Ducatu Spoletano. Vulgò *Todi*
Tudertes, & Tudertini appelantur Tudertum habitantes. Sil. *haud parci Martem coluisse Tudertes.*
Tuditanus, viri proprium, quòd caput simile malleo haberet.
Tuerobius, fluv. est Britanniæ ins. *Ptol.*
Tuesis, æstuarium est maris Britannici. *Ptol.*
Tugi, pop. sunt Galliæ in Helvetis. *Strab.* lib. 4.
Tuira, civ. in Hispania. *Ptol.*
Tuisi, pop. sunt Cantabriæ in Hisp.
Tulgis, modicus amnis Hisp. Tarracon. *Pomp.*
Tulgentii, pop. sunt Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*
Tulingii, pop. sunt (ut opinor) Galliæ Belgicæ.
Tuliphordium, Germaniæ urbs. *Ptol.* Vulgò *Gottingen.*
Tuliurgium, opp. Germaniæ Vulgò *Braunschveig.*
Tullia, filia fuit Ciceronis, quam ipse blanda diminutione Tulliolam nominat.
Tullia, filia fuit Sexti Romanorum Regis.
Tullianum, locus in carcere Romæ plenus fœdis odoribus.
Tullianum dictum, quòd à Tullo Rege structus fuerit.
Tullica, civ. est Caristorum in Hisp. *Ptol.*

Tullius, nomen propium Ciceronis, Latinorum omnium Principis.
Tullum, civ. est Leucorum in Gallia Belgica. *Ptol.* (cipis.
Tullus Hostilius, tercius Romanorum Rex, Romulo bellicosior. *Liv.* lib. 1. *Dec.* 1.
Tulonium, civ. est Vardulorum in Hisp. *Ptol.*
Tumarra, opp. est Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*
Tumias, mons est in Tuscia. *Cat. in frag. Orig.*
Tundulus, Mybernus Casseliensis, scripsit librum suarum apparitionum, vixit anno 1148,
Tunes etis, (non Tunetum, neque Tunitium) opp. est Numidiæ. Vulgò *Tunez.*
Tunes, Scipionis tempore tumulus erat editior, unde Scipio spectabat Cartaginenses.
Tunetæi, à Tunete dicti, quos Sidonius Tunisæos appellat.
Tuntobrida, civ. est Hispaniæ Tarraconensis. *Ptol.*
Tula, fluv. est Corsicæ insul. *Ptol.*
Tuphium, civ. est Ægypti. *Ptol.*
Turaphilum, opp. Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*
Tutarius, vicus Romæ erat, in quo thymiamata vendebantur. *Asconius.*
Turbo, onis nomen proprium gladiatoris. *Hom.* lib. 2. *Serm.*
Turbula, civ. est Bastinorum in Hisp.
Turcæ, pop. sunt Scythici Thyssagetas, à quibus
Turci orti judicantur, qui ætate nostra latissimè imperitant.
Turde, civ. est Vilumbrorum in Italia. *Ptol.*
Turdentania, regio est in Bætica. *Strab.* lib. 3. Vulgò *El Reyno de Murcia en Andalucia.*
Turduli, veteres & novi, sunt in eadem Bætica.
Turgina, opp. est in Hispania.
Turia, vel Thuria, fluv. est Hisp. citerioris in sinum Sucronensem influens. Vulgò *Guadalaviar.*
Turinus, a, um, à Turia. Ovid. *Turinosque sinus.*
Turiaso, civ. est Celtiberorum in Hisp. Vulgò *Tarazona.*
Turiasonenses, pop. sunt Hisp. citerioris. *Plut.*
Turictace, civ. est Tauricæ Chersonesi. *Ptol.*
Turiga, opp. est Bæticæ, quod Ucultinianum. *Plin.*
Turini, pop. Italiæ, comites militiæ Atheniensium.
Turinos, in tertia regione Italiæ collocat *Plinius.*
Turmantini, pop. sunt Hirpinorum in Italia *Plin.*
Turmogi, pop. sunt Hisp. citerioris. *Plin.* lib. 3.
Turmogum, opp. est Hisp. Lusitanicæ. *Ptol.*
Turnus, nomen Ducis, qui ab Ænea occissus est. *Virg.* l. 2.
Turobrica, civ. est Bæticæ. *Plin.* lib. 3. cap. 1.
Turoceleo, quod Vetridium, opp. in Umbria, quod interiit.
Turodorii, pop. sunt Hisp. Tarraconensis. *Ptol.*
Turogii, pop. sunt Galliæ Narbonensis.
Turogii inter Tricasios & Avernos sunt,
Turones, pop. sunt Galliæ Lugdunensis. *Plin.* lib. 4. c. 18.
Turoni, pop. sunt Germaniæ magnæ. *Ptol.*
Turpio Ambivius, auctor Comœdiarum, Terentii temporibus.
Turrena, & Volturena, incertæ originis sunt. *Jan. An.*
Turreni, sive Turrheni, pop. sunt Italiæ.
Turreni, sive Turrheni, non à Tyrrhenos Atyos filio dicuntur, sed Turreni dicti sunt à Turribus. *Marsiiis.* cap. 7.
Turris Bissonis, civ. est Sardiniæ insulæ *Ptol.*
Turris Stratonis, opp. est Palæstinæ. *Plin.* lib. 5.
Turris Sullana, opp. Hisp. Vulgò *Tordesillas.*
Turrus, fluv. est Venetæ regionis. *Plin.* lib. 1.
Tursena, opp. est Aureliano itinere ab Urbe in Gallias.
Tursis, fluv. est Hisp. Tarraconensis. *Ptol.*
Tursanutus, fluv. est Sarmatiæ in Europa. *Ptol.*
Turuptiana, civitas est Gallæciæ in Hisp. *Ptol.*
Turzo, civ. est Africæ sub Adrymito. *Ptol.*
Tusadirum, promont. est Mauritaniæ Tingitanæ.
Tuscania, pop. est Tusciæ propè Tarquinios.
Tuscunienses, pop. sunt Hetruriæ. *Plin.* lib. 3. cap. 5. *Donde se halla el Castillo de Toscanella.*
Tuscensus, homo injuriosus & avarus, cujus meminit. *Cic.*
Tuscia, vel ut alii scribunt Thuscis lege supra cum aspiratione.
Tuscia, Tusca, Thusca, Thuscie, incertæ originis sunt.
Tusculum, Italiæ oppidum fuit non ignobile, nunc vicus est, Vulgò *Frascati.* (quæstiones.
Tusculanum, prædium juxta Tusculum, unde Tusculanæ Tus-

Tusculus, a, um, qui Tusculum incolit. *Cic.*
Tusculanus ager, in quo erat villa Ciceronis celebrantissima.
Tusculanensis, Tusculanense, è Tusculo fecit Cicero.
Tusculus, a, um. Stat. *Alpibus aut horrens, aut Tuscula protigit umbra.*
Tuscus, vicus Romæ, ubi habitaverunt Tusci.
Tussa, quarta pars est Tetrapolis Hetruriæ.
Tussicasi, pop. sunt Umbriæ Italiæ *Plin.* lib. 3.
Tutanus, deus apud Ethnicos, qui homines tueri putabatur. *Varr.*
Tutanum deum Romæ, omnes qui laborant invocant. *Nonius.*
Tutelæ ara, locus est in Corsica ins.
Turicum, opp. est est Samnitum in Italia. *Ptol.*
Tuticienses, pop. Italiæ ab oppido interiit. *Plin.*
Tutilina, dea apud Romanos quæ tutandis frugibus præerat, ut totò servarentur. *S. Agustin.* lib. 4. *de Civit. Dei.*

T ANTE Y.

Tyana, opp. est Joniæ regionis.
Tyana, civit. Græca in Cappadociæ finibus posita, Apolonii Tyanei patria fuit. *Philost.*
Tyaneius, a, um. Ovid. *ostendit adhuc Tyaneius illic Incola.*
Tyare, opp. est Teuthraniæ. *Plin.* lib. 5 cap. 30.
Tyareni, pop. sunt Conventus Pergameni. *Plin.* lib. 5.
Tyberis, vel potuis Tiberis (ut opinor scribendum) fluv. Italiæ clarissimus. Vulgò *Tebero*, *ò Tiber.*
Tycha, Nympha Oceani & Tethyos filia. *Hesiod.*
Tyche fuit etiam quarta pars Syracusarum. *Cicer. 6 in Varr.*
Tichius faver fuit celeberimus. *Hom.*
Tydæ, civ. est, sive Castellum Graviorum in Hisp. Vulgò *Tuy.*
Tydeus, Oenei & Althææ fuit filius, à Menalipo interfectus.
Tydides dicitur Diomedes, Tydei filius, bellator strenus.
Tyenis, opidum Cholcorum, à Tyanide fluv. *Steph.*
Tylasus, mons Italiæ. *Steph*
Tyli, urbs Thraciæ, propè Henum: gentile Tylites. *Steph.*
Tymber, nomen viri, & fluminis quod *Stephanus* Tymbrium appellat.
Tymbriani, pop. sunt in Phrygia. *Steph.*
Tymenæon, urbs juxta Phrygiam, qui inhabitat Tymenæus *Steph.*
Tymes, urbs Lybiæ: gentile Tymesius. *Steph.*
Tymnissus, urbs Cariæ: gentile Tymnisseus. *Steph.*
Tymnus, urbs Cariæ: gentile Tymnius. *Steph.*
Tymœtes, vates fuit, Priami & Arabiæ filius. *Serv.*
Tymphei, pop. sunt finitimi Macedoniæ. *Strab.* lib. 7.
Tyndaris, colonia est in Sicilia insula. *Plin.*
Tyndaritani, à Siciliæ opp. Tyndari deducuntur.
Tyndarii, scopuli sunt tres, adjacentes Africæ. *Ptol.*
Tyndarus, fuit Rex Oebaliæ, pater Castoris Pollucis.
Tyndaridæ, Castor & Pollux dicti: & Helena Tyndaris.
Tyndareus, a, um. Valer. *Tyndareusque puer mihi vellere gratior Helles.*
Tynes, urbs Siciliæ: gentile Tynesius. *Steph.*
Typhoneus, specus est in Cilicia. *Pomp.* lib. 1. cap. 13.
Typhonis cubile est in Cilicia. *Solin.* cap. 51.
Typhœus, gigas fuit, Terræ & Citani filius, alio nomine Typhon. *Seneca in Hercule furente.*
Typhoëus, a, um, quatuor syllabarum. Virg. *Nato patris summi, qui tela Typhoea temnis.*
Typhonius, a, um. *Claud. rupitne Typhonia cervix.*
Typhon alius, frater Osiridis Regis Ægypti. *Diodor.*
Typhon, ventus est apud *Arist.* 2. *Meteor.*
Typperaria, oppid. Momoniarum, ac caput territorii in Hybernia.
Tyra, seu Tyras, fluv. est Sarmatiæ. *Plin.* lib. 4. cap. 2. Ovid. *Labitur, & nullo tardior amne Tyras.*
Tyra, civ. est Mysiæ inferioris. *Ptol.*
Tyra, opp. est Sarmatiæ in Europa, quod anteà Ophiusa dicebatur. *Plin.*
Tyragetæ, pop. sunt Sarmatiæ in Europa. *Ptol.*
Tyramba, civit. est Sarmatiæ. *Ptol.* lib. 5. cap. 4. Hodie *Trapano.*
Tyrambæ, pop. sunt Sarmatiæ Europææ. *Ptol.*
Tyrannion, Amysenus Grammaticus, Romæ docuit tempore Magni Pomp.
Tyrannion dictus, quòd inter æquales superbis versabatur moribus.
Tyrannion junior è Phœnicia discipulus prioris. *Suid.*
Tyrasnius, sophista, qui scripsit de divisione partium orationis libros 10. *Suid.*
Tyrconelia, Comitatus Ultoniæ in Hybernia, unde Comes Tyrconeliæ.
Tyrea, sive Tyræ, arum: lege Tyræ, vel Thyrea ex Thucydide.
Tyres, fluv. est Scythiæ post Istrum secundus. *Herod.*
Tyricense, opp. est Africæ propriæ. *Plin.* lib. 5. cap. 4.
Tyritos, opp. est Atticæ, Acamantidos tribus. *Strab.*
Tyridates, Rex Armeniæ temporibus Neronis. *Plin.* lib. 33.
Tyrinthia, oppid. Peloponnesi Argis vicinum, in quo nutritus est Herculæs. Legitur quoque Tyrios, thos. *Merul.*
Tyrinthius, a, um, à Tyrinthia: unde Hercules Tyrinthius.
Tyrisa, civ. est Æmathiæ in Macedonia. *Ptol.*
Tyrissæi, pop. sunt Macedoniæ Mediterranei.
Tyrissasis, opp. est Chersonesi ad Propontidem. *Plin.*
Tyristis, opp. est Peloponnesi in sinu Argolico.
Tyristipolis, civ. est in Mysia inferiori.
Tyritacitæ, urbs Ponti: gentile Tyritacitæus. *Steph.*
Tyritæ, Græci qui incolabant juxta Tyram fluvium. *Hiero.*
Tyrius, mons est Æthiopiæ. *Diod.* lib. 4.
Tyrmenii, Scythiæ pop. peritissimi navigandi. *Steph.*
Tyrmide, vicus in tribus Oeneide. *Steph.*
Tyro, Ciceronis alumnus & libertus fuit, ad quem plures ipsius extant epistolæ.
Tyronianus, a, um, possessivum à Tyrone. *Gel.* lib. 11 cap. 7.
Tyro, virguncula fuit Thessala Salmonei filia. *Propert.* lib. 7.
Tyrodiza, Perintiorum ora. *Herod.*
Tyronia, Comitatus Ultoniæ, à quo Tyroniæ Comes.
Tyros, aut Tyrus, est Syriæ Phœnices. *Ptol.* Vulgò *Puerto de Sur.*
Tyros, Phœniciæ Peninsula. *Plin.* lib. 5. cap. 19.
Tyros, urbs insignis mœnibus in Peloponneso. *Hom.*
Tyrus antiqua, proverbium quo significamus summum malum, extremamque molestian. *Erasm. in Proverb.*
Tyrius, a, um, quod è Tyro insula, ut ostrum Tyrium.
Tyriæ vestes, dicuntur Tyria purpura infecta. *Ovid.*
Tyria maria, proverbium de re tumultuosa, ac periculis plena.
Tyrrheni, pop. sunt Italiæ ad Meridiem.
Tyrrheni, pop. Italiæ, quos Romani Tuscos, ac Hetruscos appellant.
Tyrrhenia, à Tyrreno Lydiæ Rege condita est.
Tyrrhenia, de qua Ovid. *concurrit Latio Tyrrhenia tota.*
Tyrrhenius, a, um. Claud. *Lydius ediderat Tyrrhenia gentis aruspex.*
Tyrrhennum mare dicitur, qiod adjacet Tyrrhenis: vel à Tyrrhenis nautis, qui se in hoc mare præcipitaverunt. *Serv.* in illud *Virg. Gens. inimica mihi Tyrrhenum navigat æquor.*
Tyrrhus, pastor, apud quem Lavinia peperit. *Virg.* lib. 7.
Tyrtæus, Poëta Græcus, de quo *Plato in lib. de Legibus.*
Tyrus, opp. juxta Tibanum montem. *Plin.* lib. 5. cap. 20.
Tyrus, pater Didoris, qui alii Belus vocatus est. *Just.* 4. 18.
Tysar, fluv. est Galliæ Narbonensis.
Tysias, Princeps & inventor fuit artis Rhetoricæ. *Cicer.* 3. *de Inventione.*
Tythea, uxor Noë in Arca tempore diluvii servata, Aretia, id est *Cetra*, vocabatur ab Armenis, quia mater omnium erat, & Vesta, hoc est *ignis*: post mortem cognominata, quòd ipsa sacrorum Regina fuerat, puellasque docuerat, sempiternum ignem sacrorum inextinctum servare. *Beros lib.* 1. & 3.

Tyttygias, latro fuit, & plagiarius in Arcadia. *Erasm. in Chiliad.*

DE LITTERA V.

VAbar, opp. est Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*
Vacamana, opp. est Bæticæ. *Plin.* lib. 3. cap. 1.
Vacca alba, insula Hyberniæ adjacens, in Conactico mari. *Osulleverus.*
Vacca, opp. Numidarum, forum rerum venalium celebre.
Vacca, fluv. est Lusitaniæ in Hispan. *Plin.* lib. 4. cap. 20. Vulgò *Voga.*
Vaccei, pop. sunt Hispaniæ citerioris. *Plin.* lib. 4. cap. 22.
Vaccenses, à Vacco deduxit *Salust.* Vaccenses fat gati, &c.
Vaccus, dux Fundanorum in Privernati bello. *Liv.* lib. 8.
Vacomagi, pop. sunt Britanniæ ins. *Ptol.*
Vacontium, opp. est Pannoniæ inferioris. *Ptol.*
Vacorium, opp. est Norici. *Ptol.* Hodie Villacum.
Vacuna, dea quæ præerat otiosis, & Vacantibus. *Fest.& Ovid.* lib. 6. *Fastor.*
Vacunæ sacrificabant agricolæ, quum post collectas fruges quiescebant.
Vada, nomen retinet inter Volaterras & Pisas. *Joann.*
Vadata, civ. est in Cappadocia. *Ptol.*
Vaddasi, pop. sunt Mediæ. *Ptol.*
Vadeeni, pop. sunt Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*
Vadicassi, pop. sunt Galliæ Lugdunensis. *Ptol.*
Vadimonis, lacus est Umbriæ in quo fluctuant ins. *Plin.* lib. 2. cap. 95. Vulgò *Lago de Bassanello.*
Vadomion, urbs inter Syriam & Armeniam. *Steph.*
Vaesapa, civ. est Armeniæ minoris. *Ptol.*
Vafriæ, quod & Acerræ, opp. est Latii, quod interiit.
Vaga, opp. est Cirtesiorum in Africa. *Ptol.*
Vagæ, arum, opp. est Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*
Vageni, pop. sunt Ligures Cisalpini. *Plin.* lib. 3. cap. 20.
Vagense, opp. est Africæ propriæ *Plin.* lib. 5. cap. 4.
Vagoritum, opp. est Galliæ Lugdunensis. *Ptol.*
Vagum, promont. est Corsicæ insulæ. *Ptol.*
Vala, opp. est in Thracia. *Ptol.*
Vala, opp. est Mauritaniæ Tingitanæ. *Ptol.*
Valasca, Bohemorum Regina fuit, cujus ductu regni illius mulieres viros occiderunt. *Volater.*
Valentia, opp. est Provinciæ Narbonens. *Ptol.* Vulg. *Valence.*
Valentia, Banasa cognominata, oppidum est Mauritaniæ.
Valentia, civ. est Hisp. citerioris. *Plin.* lib. 3. cap. 3. *Ptol.* lib. 2. cap. 6. *& Mela* lib. 2.
Valentini, pop. sunt Hispaniæ citerioris.
Valentinum, quod perosulum, opp. est Calabriæ.
Valentinus, Pontifex Romanus, anno 827.
Valentinus, hæreticus quidam, anno salutis 142.
Valeria, via celebris est in Italia. *Strab.* lib. 5.
Valeria, civ. est Sardiniæ insulæ. *Ptol.*
Valeria, civ. est Celtiberorum in Hisp. *Ptol.* Vulgò *Cuenca.*
Valeriense, pop. sunt ab utraque Valeria. *Plin.* lib. 3. cap. 3.
Valerii, prius Valesii sunt appellati; sicut Furii, Fusii. *Quint.*
Valerius, Martyr, Hyberniæ Rex, & unus ex Colegio Ursulanarum virginum. *Ocabasa vindicat.* 4. cap. 9.
Valerius, L. Valesii filius, à Romanis Publicola appellatus, de Vejentibus, & Sabinis triumphavit.
Valerius alius, M. Publicolæ frater, Consul cum Posthumio Tuberto, Sabinos devicit.
Valerius Corvinus, Tribunus militum, qui reliquas Gallorum Senonum vicit *Liv.* lib. 7.
Valerius Levinus, Consul, cum Pyrrho prælio in Lucania congressus infœliciter pugnavit.
Valerius Levinus alius, qui contra Philipum Regem Macedoniæ fœliciter bellum gessit. *Liv.* lib. 7. *de bell. Punic.*
Valerius Flaccus, qui Consul fuit cum Catone. *Civ.*
Valerius Soranus, Poëta, quem Cicero doctissimum togatorum appellat, interfectus à Pompejo. *Plutarc.*
Valerius Antias, antiquissimus scriptor historiæ, sæpè testis citatur ab authoribus. *Liv.* & aliis.
Valerius Procillus, militavit sub Cæsare in Gallia. *Cæsar.*
Valerius Maximus, scripsit dicta ac facta memorabilia ad Tiberium Cæsarem.
Valerius Flaccus, Poeta scripsit Argonautica. *Quint.*
Valerius Martialis, Epigrammaton scriptor.
Valgius, Apollodori discipulus. *Quint.* lib. 5. cap. 5.
Valina, opp. est Pannoniæ superioris. *Ptol.*
Valiæ, arum, civ. est Pieriæ in Macedonia. *Ptol.*
Vallei, pop. sunt Macedoniæ mediterranei.
Vallonia, dea putabatur, quæ vallibus præerat. *Sipont.*
Valon, fluv est Mauritaniæ Tingitanæ. *Ptol.*
Vama, civ. est in Hispania. *Ptol.*
Vamacures, pop. sunt Africæ propriæ.
Vamicela, civ. est Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*
Vamuitæ, pop. sunt Galliæ Aquitanicæ.
Vanaceni, pop. sunt Corsicæ insulæ. *Ptol.*
Vandali, pop. fuerunt qui invaserunt Europam.
Vandali Hispaniam penetrantes, Bæticam ab ipsis occupatam Vandaliam nominarunt. Vulgò *Andalucia.*
Vandalia, Regio Europæ, à Vandalo fluvio qui regionem præterfluit, appellatur: à qua regione Vandali populi.
Vanduata, civ. est Britanniæ insulæ. *Ptol.*
Vangiones, pop. sunt Galliæ Belgicæ. *Plin.* lib. 4. cap. 17. Vulg. *Los de Spiria en Alemania.*
Vanneres, pop. sunt Galliæ Lugdunensis. *Plin.* lib. 4.
Varadanus, fluv. est Sarmatiæ in Europa. *Ptol.*
Vardæi, pop. sunt Liburniæ. *Plin.* lib. 3. (c. 3.
Varduli, pop. sunt Hispaniæ, conventus Cluniensis. *Plin.* l. 3.
Varia, opp. Hisp. citerioris. *Ptol.*
Varia Apula, opp. est Apuliæ. *Plin.* lib. 3. cap. 5.
Varica, civ. est Iberiæ regionis Asiæ. *Ptol.*
Varicum, vel Avaricum, opp. est Aquitaniæ mediterraneum.
Varinates, pop. sunt Sabinorum in Italia.
Varinnæ, arum, pop. sunt Germaniæ.
Varius, Poeta tragicus, unus ex his quibus Æneis Virgilii commissa est emendanda.
Varramus, fluv. est Venetæ regionis. *Plin.* lib. 3. Vulg. *Calore.*
Varro, Poeta satyræ, scriptorum peritissimus. *Quint.*
Varveria, civ. est Liburniæ. *Ptol.* (lib. 4.
Varus, fluv. qui est terminus sinter Galliam & Italiam. *Strab.*
Varus, locus in Hispania.
Vasatæ, urbs est Galliæ Narbonensis. Vulgò *Basas. Paul. ad Ausonium.*
Vasarii, pop. sunt Galliæ Aquitanicæ. *Ptol.*
Vasbaria, opp. est Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*
Vascones, pop. sunt Pyrenæi montis accolæ. *Plin.* lib. 3. Vulg. *Los del Reyno de Navarra.*
Vasio, nis, opp. Vocontiorum in Gallia Narbonensi. *Plin.* l. 3. cap. 4. & *Pomp.* l. 2.
Vates, pop. sunt Galliæ. *Strab.* lib. 4.
Vaticanus. mons sive collis est propè Liberim in urbe Roma. Vulgò *Borgo nuevo, & Borgo viejo.*
Vaticanus dictus, quod eo potitus sit populus Romanus vatum responso. (*Gell.*
Vaticanus ager, & deus agri præses, dicebatur à vaticiniis.
Vaticanus est supra molem Adriani, conterminus Janiculo, in quo S. Petri Basilica est.
Vatinius, vir primò Ciceroni adversus, posteà ita amicitia prævaluit, ut duobus judiciis ab eo defensus sit.
Vatinianus, a, um, ut carmina Vatiniana. *Catull.*
Vatinianum odium, pro capitali ac vehementer acerbo.
Vatrenus, fluv. est in Padum defluens. *Plin.* lib. 3. cap. 16.
Vatuca, castellum est in finibus Eburorum.

U ANTE B.

Uba, opp. est Africæ sub Adrumeto. *Ptol.* (*de Colonia.*
Ubii, pop. sunt Galliæ Belgicæ ad Rhenum. *Plin.* Vulgò *Los*
Ubisci, cognomine Sasignani, pop. sunt Galliæ Aquitanicæ.
Ubriex, civ. est Libyæ interioris. *Ptol.*

U ANTE C.

Uca, civitas est in Media. *Ptol.*
Ucalegon, nobilis Trojanus, qui ob senium armis abstinebat tempore Trojani belli. *Hom.* 13. *Iliad.*
Ucena, civ. Trocmorum in Galatia. *Ptol.*
Ucceani, pop. sunt in Alpibus. *Plin.* lib. 3. cap. 20.
Ucia, Turdetanorum oppidum in Bætica. *Ptol.*
Ucitanum majus, & minus, oppida sunt Africæ. *Plin.*

Ucul-

Uc..ltinianum, quod & Turiga, opp. est Bęticę.

U ANTE D.

Udacepsis, mons est Armenię majoris. *Ptol.*
Udini, pop. sunt Scythię ad Mœotidem. *Plin.* lib. 6. cap. 14.
Uditta, pop. est Africę inter Syrtes.
Udura, civ. est Jaccetanorum in Hispania. *Ptol.*

V ANTE E.

Veaminium, pop. sunt in Alpibus. *Plin.* lib. 3. cap. 20.
